






IX



Hen. II.

ex antiq Cod. Ms. Cotton:

in Museo Brittanico.

TRACTATUS

DE

Legibus et Consuetudinibus

REGNI ANGLIÆ,

TEMPORE REGIS HENRICI SECUNDI

COMPOSITUS,

Justiciæ gubernacula tenente illustri viro

RANULPHO DE GLANVILLA

Juris Regni et antiquarum Consuetudinum
eo tempore peritissimo.

ET ILLAS SOLUM LEGES CONTINET ET CONSUETUDINES SECUNDUM QUAS PLACITATUR IN CURIÂ REGIS, AD SCACCARIUM, ET CORAM JUSTICIIS UBICUNQUE FUERINT.

Cum MSS. Harl. Cott. Bodl. et Mill.
COLLATUS.

—— JUVAT INTEGROS ACCEDERE FONTES. Lucret.

LONDINI:
PROSTANT VENALES APUD J. WHITE
ET E. BROOKE.

M. DCC. LXXX.

" Tametſi enim (viz. ſcriptores hujuſmodi) ob vetuſtatem, ac intervenientes quæ inſequutæ ſunt mutationes admodum multiplices, Autoritatem in quamplurimis jam non præſtent ejuſmodi, quæ Deciſionibus, Judiciis, Conſultationibuſve per ſe ſolum ſufficiet; innumera nihilominus continent, quæ aut etiamnum manent integra nec omnino abrogata, aut quæ mores majorum legeſque avitas, mutationibus ejuſmodi priores, copioſius oſtendunt."

Seldeni ad Fletam Diſſertatio.



Fr. Hargrave /

The gift of John Eardley Wilmot Esquire son of Sir Eardley Wilmot ~~[illegible]~~ Kn.t late Chief Justice of the Common Pleas. — The collations & corrections of the text were by Mr. Wilmot, who gave the use of them to the editor Mr. Rayner.

Observations.

No account is given of the former editions.

The preface to the 2d edition, being that of 1604, not inserted here.

The asterisks in the same edition, to distinguish the parts agreeing with the Regiam Majestatem, are also omitted.

But the reader is under great obligations to the very amiable & respectable gentleman, who made the collations & corrections, for the improvement of the text of the former editions.

The index to the edition of 1604 was not in Latin, as the index here ~~it was written in [illegible]~~ Indeed the latter seems quite a new index. — Mr. R. informs me, that it was made by him ~~[illegible]~~ & corrected by Mr. Wilmot.

Concerning Glanvill, see Preface to 8. Co. Rep. Preface to 11. Co. Rep. 4. Inst. 345.

PREFACE.

IT is above a century ſince the laſt edition of this book was publiſhed, which, whether it was compiled from the REGIAM MAJESTATEM of Scotland, or the REGIAM MAJESTATEM from this work, was for ſome time doubted; but is now cleared up, in the moſt ſatisfactory manner, by Mr. Davidſon, of Edinburgh, who has publiſhed a ſmall pamphlet expreſsly on the ſubject, wherein he has proved, by the internal evidence of the two books, that the enſuing treatiſe is the Original; obſerving, at the ſame time, "that GLANVILLE is regular, methodical, and conſiſtent throughout; whereas the REGIAM MAJESTATEM goes out of GLANVILLE's method, for no other aſſignable reaſon than to diſguiſe the matter, and thereby is rendered confuſed, unſyſtematical, and in many places contradictory."

 That

PREFACE.

That this treatise was composed in the time of Henry the Second was never yet disputed, and consequently that it is the most ancient book extant upon the laws and customs of England; containing not only the maxims and rules upon the various subjects of which it treats; but also the modes of practice, and forms of writs used in every case.

Whether GLANVILLE, at that time Chief Justiciary of England, was the author of this treatise, in the strict sense of the word; or whether it was written by another person under his inspection, does not seem to be of any great importance, as it is allowed on all hands, that if the following tract was not written by that great lawyer and statesman, it was at least composed under his immediate directions [a].

To say any thing concerning the excellence and utility of this treatise would be superfluous, since it has been cited and commented upon by Lord Coke, Sir Matthew Hale, Sir Henry Spelman, Selden, and by most of the eminent lawyers and antiquaries of the last century; and has been likewise honoured with the peculiar notice of one of the first Historians, and of one of the first Lawyers of the present age.

[a] Vide Lord Lyttelton's Hist. of Hen. II. vol. 2d. 4to. p. 267.

To

To this noble and learned Hiſtorian therefore, and to the excellent Commentaries on the laws of England (a work which has reſcued the law itſelf from the imputation of obſcurity, and makes every one more enamoured, as they become more acquainted with the admirable Conſtitution and Laws of their country) the reader is referred, for whatever is neceſſary to elucidate and explain the particular ſubjects treated of in this book.

I will only add ſome teſtimonies of the author and his work.

Lord COKE, in the preface to his 8th Report, gives us a very minute detail of the author and his family; but I ſhall extract only what relates to this Treatiſe.

"RANULPHUS DE GLANVILLA, Juſticiarius Capitalis ſub Henrico Secundo, Legum Angliæ partem doctiſſime pariter atque conſultiſſime literis commendavit— Et ne reverendiſſimo illi judici videar ingratus, (cujus teſtimonium hiſce meis lucrubrationibus ſæpe a me habes prolatum) pro fructu quem ex pulcherrimis ejus operum arvis me collegiſſe confiteor, in honorem ejus, &c."

 Sir

Sir MATTHEW HALE in his Hiſtory of the Common Law, declares, that "in this tract of time (namely under the Norman kings) the laws of England received a great advance and perfection, as appears by that excellent collection of GLANVILLE, written even in Henry the Second's time." 8vo. Edit. page 131.

SELDEN calls him, "vir ſpectatiſſimus, ſummâque apud Henricum pollens gratiâ et primarium in regimine publico locum occupans." Diſſert. ad Fletam. C. 1. S. 2.

Lord LYTTELTON, ſpeaking of this book, ſays, "the writer apologizes for the ſtyle of his work, from the neceſſity of uſing the terms of law, with a view to make it more inſtructive; but though for this reaſon the Latin is frequently impure, the ſtyle in general is clear, conciſe, and proper for the ſubject; and in method it far exceeds the Decretum of GRATIAN, and the Lombard book of Feuds." See Hiſt. of Hen. II. Vol. II. 4to. p. 267.

Mr. Juſtice BLACKSTONE in the laſt chapter of his admirable work, ſays, "that in Henry the Second's reign, much was done to methodize the laws

laws and reduce them into a regular order, as appears from that excellent treatise of GLANVILLE; which, though some of it be now antiquated and altered, yet, when compared with the code of Henry the First, it carries a manifest superiority." Com. B. IV. C. 33.

This edition hath been collated with two manuscripts in the British Museum, with one in the Bodleian library at Oxford, and with one in the possession of the learned Doctor Milles, Dean of Exeter, F. R. S. and President of the Antiquarian Society.

These collations formed part of the amusement of a gentleman of the profession some years ago, who put them into my hands, in order to make this edition more perfect.

The manuscripts are referred to in the notes by their initials thus:

H. *Harleian*. B. *Bodleian*.
C. *Cottonian*. M. *Dr. Milles's*.

Where one word or sentence is substituted for another, it is printed in *Italics*,

and the firſt word, agreeing with the printed book, in Roman, the ſame character with the text.

The method adopted to diſtinguiſh the *omiſſions* and *additions* by a *caret* and an *additur*, is too obvious to require any explanation. None of the MSS. are without many and evident faults; otherwiſe it might have been better to have printed this edition from the one moſt perfect, but none of the above MSS. being ſufficiently ſo, I was induced to make that choice, which is, with deference, ſubmitted to the ſtudious reader.

JOHN RAYNER.

Hil. Term 20 *Geo. III.*
A. D. 1780.

CAPITULORUM

CAPITULORUM TITULI, ET ANALYSIS.

De Placitis quæ pertinent ad Curiam Regis, vel ad Vicecomitem; et de Eſſoniis et aliis præparatoriis, quæ ſolent in placitis evenire, uſque quo ambæ partes ſimul appareant in Curiâ. Fol. 1.

Breve

CAPITULA, &c. LIBRI SECUNDI.

De his quæ solent contingere circa vel statim post ingressum litis, et de diracionatione tenementi per duellum vel per magnam Assisam, et de campionibus, et de his quæ pertinent ad duellum, vel ad magnam Assisam. Fol. 26.

De

CAPITULA, &c. LIBRI TERTII.

De Warrantis et de duobus Dominis, per quorum unum se advocat petens, et per alterum tenens. Fol. 47.

Si

CAPITULA, &c. LIBRI QUARTI.

De Advocationibus Ecclesiarum. Fol. 56.

CAPITULA, &c. LIBRI QUINTI.

De Questione Status, et de Nativis. Fol. 70.

CAPITULA, &c. LIBRI SEXTI.

De Dotibus. Fol. 77.

CAPITULA

CAPITULA, &c. LIBRI SEPTIMI.

De Hæredibus legitimis et Baſtardis, maſculis aut fœminis, majoribus ſive minoribus; et de Cuſtodiâ, et privilegio minorum, et de ultimis hæredibus qui ſunt Domini, cum Feodum cadit in manum eorum; et de hæredibus inteſtati et de Uſurariis et eorum hæredibus, et de maritagiis, et aliis donationibus anteceſſorum, et eorum teſtamentis et debitis; quæ omnia hæredes eorum tenentur warrantizare. Fol. 91.

CAPITULA LIBRI OCTAVI.

De Concordiâ factâ in Curiâ et de Chirographis concordiam continentibus, et de Recordis Curiæ vel Curiarum, si alterutra partium Concordiam et Finem factum in Curia infregerit.

CAPITULA LIBRI NONI.

De Homagiis et Releviis, et Servitiis, et Auxiliis, et de Purpresturis et limitibus invasis.

CAPITULA LIBRI DECIMI.

De Debitis laicorum quæ debentur ex diversis contractibus, videlicet ex venditione, emptione, donatione, mutuo, commodato, locato, conducto, et de plegiis, et vadiis sive mobilibus sive immobilibus et de Cartis debita continentibus.

 Breve

CAPITULA

CAPITULA LIBRI UNDECIMI.

De Refponfalibus qui loco Dominorum ponuntur in Curiâ, ad lucrandum vel perdendum pro eis.

CAPITULA LIBRI DUODECIMI.

De placito de Recto, et de diverfis brevibus Regis de Recto Vicecomitibus vel Dominis Feodi directis, fuper diverfis cafibus.

Capitula, &c. Libri Duodecimi.

CAPITULA LIBRI TERTII DECIMI.

De Placitis per Assisas et Recognitiones, et de diversis Disseisinis.

CAPITULA LIBRI QUARTI DECIMI.

De Placitis de Criminibus quæ ad Coronam Regis spectant.

REGULÆ

REGULÆ GENERALES,

quæ in hoc Tractatu notantur.

QUANTACUNQUE vel qualiſcunque aſſignata fuerit Dos alicui mulieri, ſi inde ſatisfactum fuerit mulieri quantum ad Oſtium Eccleſiæ aſſignatum fuit ad Dotem, nunquam de cætero poterit amplius ad Dotem petere. Lib. vi. Cap. 2

Solus Deus hæredem facere poteſt, non homo. vii. 1

Nemo ejuſdem tenementi ſimul poteſt eſſe hæres et Dominus. ib.

Terra, ſicut alia quælibet hæreditas, naturaliter quidem ad hæredes hæreditabiliter deſcendit; nunquam autem naturaliter aſcendit. ib.

Mulier nunquam cum maſculo partem capit in hæreditate aliquâ, niſi forte aliud ſpeciale fiat in aliquâ civitate. vii. 3

Melior eſt conditio poſſidentis. ib.

Nunquam enim Cuſtodia alicujus de jure alicui remanet, de quo habeatur ſuſpicio, quod poſſit, vel velit, aliquod jus in ipſâ hæreditate clamare. vii. 11

Quotieſcunque aliquis aliquid fecerit vel dixerit in Curiâ, propter quod per Judicium

cium Curiæ exhæredatus fuerit, hæreditas ejus ad Dominum Feodi, de quo illa tenetur, tanquam Eſcaeta, ſolet reverti. vii. 17

Nullum Servitium, ſive Releyium ſive aliud, poteſt quis ab hærede, ſive fuerit major ſive minor, exigere, donec ipſius hæredis receperit Homagium de tenemento unde Servitium habere clamat. ix. 1

Mutua quidem debet eſſe Dominii et Homagii Fidelitatis connexio. ix. 4

De quolibet Placito quod in Comitatu deducitur et terminatur, Miſericordia, quæ inde provenit, Vicecomiti debetur. ix. 10

Quotiens aliquid fit ad nocumentum regii tenementi, vel regiæ viæ vel civitatis, Placitum inde ad Coronam domini Regis pertinet. ix. 11

Eſt autem Miſericordia domini Regis, quâ quis per juramentum legalium hominum de vicineto eatenus amerciandus eſt, ne aliquid de ſuo honorabili contenemento amittat. ib.

Quicunque aliquid dixerit in Curiâ, vel in Placito, quod iterum negaverit; vel unde Sequelam vel Warrantum vel probationem ſufficientem non habuerit; vel ad cujus contrarium probandum vel ad quod negandum per ſufficientem probationem diſtrictus fuerit; in Miſericordiâ domini Regis remanet. x. 12

Conventio legem vincit. x. 14

Generaliter remanebit Aſſiſa, ſi is qui tenet confiteatur in Curiâ illum anteceſſorem, cujus Seiſina petitur, fuiſſe inde ſeiſitum die quâ obiit in Dominico ſuo, ſicut de Feodo ſuo, cum cæteris articulis in brevi illo expreſſis. xiii. 11

De

De nullo Placito tenetur respondere is qui infra ætatem est, per quod possit exhæredari, vel per quod amittere possit vitam vel membrum, donec plenam habuerit ætatem. xiii. 15

Victus, sive fuerit appellans sive appellatus, semper in Misericordiâ domini Regis remanet propter violentam Disseisinam. id. 38

In omnibus autem Placitis de Feloniâ solet accusatus per plegios dimitti, præterquam in Placito de Homicidio, ubi, ad terrorem, aliter statutum est. xiv. 1

Mulier autem in nullo Placito de Feloniâ ad accusationem admittitur, nisi in quibusdam exceptis casibus. id. ib.

Generaliter admissum est, quod mulier audiatur accusans aliquem de injuriâ corpori suo inflictâ. id. 3

PROLOGUS.

REGIAM POTESTATEM, non solum armis contra rebelles et gentes sibi regnoque insurgentes, oportet esse decoratam, sed et legibus, ad subditos et populos pacificè regendos, decet esse ornatam; ut utraque tempora, Pacis et Belli, gloriosus Rex noster ita feliciter transigat, ut effrænatorum et indomitorum, dextra fortitudinis, elidendo superbiam, et humilium et mansuetorum, æquitatis virgâ, moderando Justitiam, tam in hostibus debellandis semper victoriosus existat, quam in subditis tractandis equalis jugiter appareat. Quam eleganter autem, quam strenuè, quam callidè, hostium obviando malitiis, excellentissimus Rex noster, hostilitatis tempore, armatam exercuerit militiam, nemini venit in dubium; cum jam in omnem

omnem Terram exierit laus ejus, et in omnes fines [a] Orbis Terræ magnalia ejus. Quam juſtè, quam diſcretè, et quam miſericorditer, erga ſubditos ſuos tempore Pacis ipſe Pacis amator et auctor ſe habuerit, non ambigitur; cum tantæ æquitatis ſit ſuæ celſitudinis Curia, ut in eâ nullus Judicum tam attritæ frontis, tam temerariæ ſit præſumptionis, qui a Juſtitiæ tramite aliquantenus [b] audeat declinare, aut [c] veritati ullatenus præſumat contraire. Ibi enim pauperem non opprimit adverſarii potentia, nec a limitibus Judiciorum propellit quenquam amicorum favor, aut [d] gratia. Legibus namque regni et conſuetudinibus, de ratione introductis et diu obtentis, et quod laudabilius eſt, talium virorum (licet ſubditorum) Rex noſter non dedignatur conſilio, quos morum gravitate, peritiâ Juris et regni conſuetudinibus, ſuæ ſapientiæ et eloquentiæ prerogativa, aliis novit præcellere, et ad cauſas mediante Juſtitiâ decidendas et lites derimendas, nunc ſeverius, nunc mitius

[a] Orbis *caret*. B. [b] audeat *caret*. B. [c] *veritatis viam ullatenus præſumat excedere*. Ibi B. [d] *gloria*. Legibus B.

agendo,

agendo, prout viderint expedire, ipsis [e] rerum argumentis, comperit [f] cum ratione promptissimos. Leges namque Anglicanas, licet non scriptas, Leges appellari non videtur absurdum, (cum hoc ipsum lex sit, "quod principi placet, legis habet vigorem") eas scilicet, quas super dubiis in consilio definiendis, procerum quidem consilio, et principis accedente authoritate, constat esse promulgatas. Si enim ob scripturæ solummodo defectum leges minime censerentur, majoris (proculdubio) auctoritatis robur ipsis legibus videretur accommodare scriptura, quam vel decernentis æquitas, vel ratio statuentis. Leges autem et Jura regni scripto universaliter concludi, nostris temporibus omnino quidem impossibile est; cum propter scribentium ignorantiam, tum propter earum multitudinem confusam: verum sunt quædam in Curiâ generalia, et frequentius usitata, quæ scripto commendare non mihi videtur presumptuosum, sed et plerisque perutile, et ad adjuvandam memoriam admodum necessarium. Horum itaque par-

[e] *rei* argumentis B. [f] *esse* additur B.

ticulam

ticulam quandam in ſcripta redigere decrevi, ſtilo vulgari et verbis curialibus utens ex induſtriâ, ad notitiam comparandam eis qui hujuſmodi vulgaritate minus ſunt exercitati. Ad quorum evidentiam [h] præſens opus Libris et Capitulis ſequentibus diſtinxi.

[h] *totum opus ſequens Libris et eorum Capitulis in hunc modum duxi diſtinguendum.* H. B. LIBER

LIBER

LIBER PRIMUS.

De Placitis quæ pertinent ad Curiam Regis, vel ad Vicecomitem; et de Effoniis et aliis preparatoriis, quæ folent in placitis evenire, ufque quo ambæ partes fimul appareant in Curiâ.

CAP. 1.

PLacitorum, aliud eft criminale, aliud civile. Item placitorum criminalium, aliud pertinet ad Coronam domini Regis, *aliud* ad Vicecomites provinciarum. Ad Coronam domini Regis pertinent ifta.

CAP. 2.

Crimen quod in legibus dicitur crimen læfæ majeftatis, ut de nece vel feditione perfonæ domini Regis vel regni, vel exercitûs; occultatio inventi Thefauri *fraudulofa*, placitum de Pace domini Regis infractâ, Homicidium, Incendium, *Roberia*, Raptus, crimen Falfi, et fi quæ

alia

alia sunt similia: quæ scilicet crimina ultimo puniuntur supplicio, aut membrorum truncatione. Excipitur [i] crimen Furti, quod ad Vicecomites pertinet, et in Comitatibus placitatur et terminatur. Ad Vicecomites etiam pertinet pro defectu Dominorum cognoscere de [k] Medletis, de Verberibus, de Plagis etiam, nisi accusator adjiciat de Pace domini Regis infractâ.

Cognitio furti detrahitur Vicecomiti, statuto Magnæ Chartæ, c. 17.

CAP. 3.

Placitum civile, aliud in Curiâ domini Regis [l] tantum placitatur et terminatur; aliud ad Vicecomites provinciarum pertinet. In Curiâ domini Regis habent ista tractari et terminari; placitum de Baroniis, placitum de Advocationibus Ecclesiarum, quæstio Status, placitum de Dotibus unde mulieres ipsæ nil penitus perceperunt, querela de Fine facto in Curiâ domini Regis non observato, de Homagiis faciendis, et Releviis recipiendis, de Purpresturis, placitum de Debitis laicorum; et ista quidem placita solummodo super proprietate rei, prodita sunt: de illis autem quæ super possessione loquuntur, et per Recognitiones placitantur et terminantur, inferius loco suo dicetur.

[i] *tantum* additur. M. [k] *Melletis*, de H. C. B.
[l] tantum *caret*. M.

CAP.

C A P. 4.

Ad Vicecomites provinciarum pertinent ista; placitum de Recto, de liberis tenementis per breve domini Regis, ubi Curiæ Dominorum probantur de recto defecisse; quod qualiter fieri debeat, inferius suo loco dicetur: placitum de Nativis, sed per breve domini Regis.

C A P. 5.

Cum clamat quis domino Regi aut ejus Justiciis, de feodo aut de libero tenemento suo; si fuerit querela talis, quod debeat vel quod dominus Rex velit eam in Curiâ suâ deduci; tunc is qui queritur tale breve de Summonitione habebit.

C A P. 6.

Rex Vicecomiti salutem: Præcipe A. quod [m] sine dilatione reddat B. unam hidam terræ in villâ illâ, unde idem B. queritur quod prædictus A. ei deforceat: et nisi fecerit, summone eum per bonos summonitores, quod sit ibi coram me vel Justiciariis meis in crastino post octabas clausi Paschæ apud locum illum, ostensurus quare non fecerit; et habeas ibi sum-

[m] *juste et* additur. C. B.

monitores et hoc breve. Teſte Ranulpho de Glanvilla apud Clarendon.

CAP. 7.

Summonitus autem, ad diem præfixam aut venit aut non, [n] aut nuntium aut [o] Eſſonium mittit, aut neutrum. Si neque venit, neque mittit Eſſonium, adverſarius ejus qui petit adverſus eum, die ſtatutâ coram Juſticiis appareat, et ſe adverſus eum liti offerat; et ita in Curiâ per tres dies expectabit. Si vero nec quartâ die venerit, apparentibus ſummonitoribus, et aſſerentibus ſe bene eum ſummonuiſſe, et idem probare ſe offerentibus juxta [p] conſiderationem Curiæ; [q] iterum per aliud breve ſummonebitur per intervalla quindecim dierum ad minus, et erit breve ut veniat reſponſurus, tam ſuper capitali placito, quam ſuper eo quod ad primam ſummonitionem non veniat; et ita tribus ſummonitionibus ſub hac formâ emiſſis, ſi non ad tertiam ſummonitionem venerit, neque miſerit, capietur [r] tenementum in manum domini Regis; et ita per quindecim dies remanebit. Et ſi infra illos quindecim dies non venerit, adverſario ejus adjudicabitur Seiſina, ita quod de

[n] *venit, item ſi non venerit,* aut nuntium C. M. [o] *Eſſoniatorem* mittit, C. [p] *conſuetudinem* Curiæ; B. [q] *tunc ſecundum Conſiderationem* additur. M. [r] *terra ejus* in M.

cætero

cætero non audietur, nisi super proprietate, per breve domini Regis de Recto. Si vero infra illos dies quindecim venerit, volens replegiare tenementum, præcipietur ei, quod ad quartam diem veniat, et habebit quod de jure habere debet: et ita poterit Seisinam recuperare si venerit. Si vero ad tertiam Summonitionem venerit, et præmissas Summonitiones recognoverit, statim amittit Seisinam, nisi dies salvare possit per [s] dominum Regem warrantum, et per breve quod incontinenti ostendat.

CAP. 8.

Rex [t] Justiciis salutem: Warrantizo B. [u] qui fuit apud illum locum per præceptum meum illo die, in servitio meo, et ideo coram vobis eo die Assizis nostris interesse non potuit, et vobis mando, quod pro absentiâ suâ [w] illius diei, eum non ponatis in defaltam, nec in aliquo sit perdens. T. &c.

CAP. 9.

Si Summonitiones omnes negaverit, pro quâlibet jurabit duodecimâ manu: et si unus juratorum die statutâ defecerit;

[s] *domini Regis* warrantum, M. [t] *Vicecomiti* salutem: B. [u] *quod fuerit* apud B. [w] illius diei *caret*, B.

aut persona alicujus eorum juste excipi possit, sine recuperatione alterius [x] juratoris, eâdem horâ Seisinam suam amittit propter defaltam. Si vero sufficienter juratum fuerit, eâ die de placito respondebit.

CAP. 10.

Si ad primam diem non venerit summonitus, sed se essoniaverit, si essonium fuerit rationabile, recipietur; et ita tribus vicibus continuo poterit se essoniare: et quia variis ex causis contingit aliquem se essoniare, et [y] juste; de diversis generibus essoniorum videamus.

CAP. 11.

Essonium de reseantisâ idem valet quod essonium de malo lecti.

Essoniorum aliud provenit ex infirmitate, aliud aliunde provenit. Item cum ex infirmitate, quandoque ex infirmitate veniendi, quandoque intervenit ex infirmitate de reseantisâ.

CAP. 12.

Summonitus itaque, si ad primam diem per infirmitatem veniendi fecerit se essoniare, erit in electione adversarii præsentis, vel exigere probationem legitimam il-

[x] juratoris, *caret*. C. B. [y] juste; *caret*. B.

lius

lius effonii ab eo effoniatore, [z] eâ [a] die vel [b] plegium inveniet, vel fidem dabit, quod ad diem nominatam habebit garrantum fuum de illo effonio, et ita tribus vicibus continuis poterit fe effoniare hoc modo. Et fi [c] tertiâ die non venerit, [d] neque fe effoniaverit, tunc confiderabitur quod ad aliam diem fit in propriâ perfonâ, aut pro fe fufficientem refponfalem mittat, ad lucrandam vel perdendum [e] pro eo loco fuo; et fic [f] quicunque die ftatutâ fuo loco venerit, offerens fe defenfioni illius cum literis ejus vel fine literis; fi notum fit eum effe conjunctam perfonam abfentis, pro eo accipietur in Curiâ ad lucrandum vel perdendum. Si vero ad quartam diem poft tria effonia venerit, et omnia effonia warrantizaverit? probabit quodlibet effonium jurejurando propriâ et unicâ manu, et fic de placito eadem die refpondebit. Si ad quartam diem neque venerit, neque refponfalem miferit, capietur tenementum in manum domini Regis, miffo brevi a Curiâ ad Vicecomitem illius provinciæ, ubi tenementum illud eft; quod breve eft in hæc verba.

[z] *et* additur. M. [a] *eodem* die M. [b] *altero* additur. C. B. *alterum* additur. M. *plegios* inveniet, M. [c] *quarto* die M. [d] *fed nec* fe C. M. [e] pro eo *caret*. C. [f] *quinto* die M.

CAP. 13.

Rex Vicecomiti ſalutem: Præcipio tibi quod ſine dilatione capias in manum [g] meam [h] medietatem terræ de illâ villâ, quam M. clamat ut dotem ſuam verſus R; de quâ placitum eſt inter eos in Curiâ meâ, et diem captionis Juſticiis meis ſcire facias. Et ſummone per bonos ſummonitores prædictum R. quod ſit [i] coram me vel Juſticiis meis apud Weſtmonaſterium a craſtino octabis clauſi Paſchæ in quindecim dies, auditurus inde judicium ſuum. Et habeas ibi ſummonitores et hoc breve. T. Ranulpho de Glanvilla apud Weſtmonaſterium, &c. Et præterea præcipietur Vicecomiti illius provinciæ, ut eſſoniatores illos capiat, et tanquam falſarios per hoc breve retineat.

CAP. 14.

Rex Vicecomiti ſalutem: Præcipio tibi quod ſine dilatione diligenter quæras per Comitatum tuum A. qui falſo eſſoniavit B. verſus C. in Curiâ meâ, et ſalvo facias eum cuſtodiri, donec [k] aliud inde habueris præceptum meum. T. &c. Et præterea [l] interim ſummonebitur principalis

[g] *tuam* medietatem C. B. [h] *tenementum quod* M. clamat B. [i] coram me *caret*. C. [k] aliud *caret*. C. [l] *iterum* ſummonebitur C.

reus,

reus, quod ſit coram domino Rege, vel Juſticiis ejus, oſtenſurus quare eſſoniatorem ſuum non warrantizaverit, et de capitali placito reſponſurus. Præterea ſummonebitur plegius [m] eſſoniatorum inde per hoc breve.

C A P. 15.

Rex Vicecomiti ſalutem: Summone per bonos ſummonitores T. quod ſit coram me vel Juſticiis meis apud Weſtmonaſterium, a clauſo Paſchæ in quindecim dies, oſtenſurus quare non habuerit J. coram me apud Weſtmonaſterium die illâ ad warrantum de eſſonio, quod J. pro eo fecit in Curiâ meâ verſus M. ſicut plegiavit ipſum ad habendum eum. Et habeas ibi ſummonitores, et hoc breve, T. &c.

C A P. 16.

Si vero infra quindecim dies venerit, volens replegiare tenementum, præcipietur ei quod ſit ad diem nominatam, ut tunc habeat quod habere debet de jure; et ita ſi venerit ſub plegiatione, Seiſinam recuperabit, et retinere poterit. Si omnes ſummonitiones, et omnia eſſonia negaverit, et hoc idem probaverit juramentis duodecimâ manu, pro ſingulis diebus fa-

[m] *eſſoniatoris* inde C. B.

ciendis;

ciendis; vel si primam summonitionem recognoverit, et tria essonia warrantizaverit et quartam diem per dominum Regem warrantum salvare poterit per breve, scilicet quod incontinenti habeat, sic quoque poterit Seisinam suam [n] retinere. Si vero infra quindecim dies non venerit, ad diem proximam adjudicabitur Seisina adversario ejus, ita quod ille nunquam audietur inde nisi per breve domini Regis de Recto. Mittetur autem adversarius in Seisinam illius tenementi ad Vicecomitem, per hoc breve.

Consulitur non plegiationi, Stat. 9 Edw. III. c. 4.

C A P. 17.

Rex Vicecomiti salutem: Præcipio tibi, quod sine dilatione seisias M. de tantâ terrâ in illâ villâ, de quâ placitum fuit in Curiâ meâ, inter ipsum et R. quia Seisina illius terræ adjudicata est eidem M. in Curiâ meâ pro defectu R. T. &c.

C A P. 18.

De infirmitate vero de reseantisâ si quis se essoniare voluerit, hoc tribus vicibus facere poterit [o]. Dum tamen tertiâ die ante datam diem, essoniator essonium suum præsentaverit loco competenti, et coram

[n] *recuperare et* retinere. C. [o] *et per duos essoniatores.* Dum. C. M.

personâ

perſonâ idoneâ: et ſi ad tertiam ſummonitionem non venerit, conſiderabitur ut videatur utrum infirmitas illa ſit languor an non, quod ut fiat præcipietur Vicecomiti per hoc breve.

C A P. 19.

Rex Vicecomiti ſalutem: Præcipio tibi quod ſine dilatione mittas quatuor legales homines de Comitatu tuo, ad videndum ſi infirmitas B. unde ſe eſſoniaverit in Curiâ meâ verſus R. ſit languor vel non. Et ſi viderint quod ſit languor, tunc ponant ei diem a die viſionis in unum annum et unam diem, quod ſit coram me vel Juſticiis meis, vel ſufficientem reſponſalem mittat inde reſponſurum. Et ſi viderint quod non ſit languor, tunc ponant ei certam diem quo veniat, vel ſufficientem reſponſalem mittat, inde reſponſurum. Et ſummone per bonos ſummonitores prædictos quatuor milites, quod tunc ſint ibi ad teſtificandum viſum ſuum, et quam diem ei poſuerint; et habeas ibi ſummonitores et hoc breve. T. &c. Notandum etiam, quod duo eſſoniatores neceſſarii ſunt ad hoc eſſonium faciendum ad minus.

CAP.

CAP. 20.

Præterea notandum, quod duo prima essonia possunt esse de infirmitate veniendi, et tertium de reseantisâ: quod si sic evenerit, mittetur ad videndum utrum sit languor an non. Si autem duo prima essonia fuerint [p] de reseantisa, et tertium de infirmitate veniendi; considerabitur tanquam omnia essent de infirmitate veniendi, quia secundum naturam ultimi essonii semper est judicandum.

CAP. 21.

Si quis aliquâ vice responderit in Curiâ, et illi præsenti dies ibi præfixa fuerit; si ad illam diem neque venerit, neque responsalem miserit, capietur tenementum in manum domini Regis sine replegiatione; et summonebitur ille, ut veniat auditurus [q] inde judicium suum ad diem nominatam: et ita sive veniat sive non, amittat Seisinam propter defaltam; quia de cætero summonitionem [r] diffiteri non poterit, nisi per breve domini Regis quod incontinenti ostendat, quo diem non servatam salvare possit. Sed licet alterâ vice in Curiâ responderit; si licite recesserit,

[p] *de infirmitate* de C. [q] inde *caret.* B. [r] *differri non* H. M.

ad

ad tria eſſonia recuperare poterit, niſi [s] pactum aliud [t] inducat. Si vero primo ſe eſſoniaverit quis et ſecundo, neque venerit neque ſe eſſoniaverit, præcipietur Vicecomiti quod eſſoniatorem illum attachiet, tanquam [u] falſarium per præſcriptum breve.

C A P. 22.

Sciendum autem, quod cum quis ſe eſſoniaverit, eſſoniator poterit ſe eſſoniare rationabili eſſonio. Si quis enim volens ſe rationabili modo eſſoniare et eſſoniatorem ad ſe eſſoniandum tranſmiſerit, et ille [w] obiter in aliquod rationabile impedimentum inciderit, quo minus ad diem ſtatutam venire poſſit; expectabitur uſque ad quartam diem, ſicuti et Dominus ejus; quod ſi infra quartam diem venerit, recipietur [x] eſſoniator ejus, quâcunque die venerit, et poteſt ſalvare dies præteritas, eiſdem [y] de [z] cauſis quibus [a] et Dominus.

C A P. 23.

Poterit etiam ſi id elegerit ſe eſſoniare per alium eſſoniatorem ipſe principalis eſſoniator, ita tamen quod ille ſecundus

[s] *per actum* aliud C. *nec* pactum M. [t] *indicat.* Si M. [u] *felonem* per C. [w] *ob id* in C. [x] *eſſonium* ejus, C. B. [y] de *caret.* M. [z] *omnibus* additur. M. *caſibus* quibus B. [a] *tenens* additur. M.

eſſoniator

essoniator dicat in Curiâ, [b] tenentem, proposito essonio rationabili, detentum, non posse ad illam diem venire nec pro perdere, nec pro lucrari, et ad [c] modo se [d] essoniandum illum alium destinasse, et ipsum essoniatorem in tale impedimentum incidisse, quod ad illam diem venire non poterit et hoc paratus est probare secundum [e] considerationem Curiæ : sic autem recipietur essonium tale, et dabitur etiam ipsi tenenti dies per talem essoniatorem, ita quod assecurabit inde warrantum suum habere ad [f] talem diem datam ; et ita ad diem ipsam oportebit ipsum tenentem principalem essoniatorem warrantizare, et ejus essonium solito modo probare, et primum essoniatorem, similiter et secundum, nisi primâ die ipsemet [g] essonia sua probaverit ad petitionem adversarii.

C A P. 24.

Si vero post essonium suum propositum in Curiâ infra quartam diem venerit, volens inde agere vel respondere ipse tenens ; si per essoniatorem prius fuerit dies datus in Curiâ, et pars adversa sic recesserit a Curiâ, [h] petens nullum habebit

[b] *venientem ex* proposito B. [c] modo *caret.* B.
[d] *inde* additur. C. B. [e] *consuetudinem* Curiæ : B.
[f] talem *caret.* B. [g] *essonium suum* probaverit B.
[h] petens *caret.* B.

bit inde recuperare, quantum ad ipsum diem præteritum.

CAP. 25.

Est et aliud genus essoniandi et necessarium, cum quis essoniat de esse ultra mare; et tunc si recipiatur essonium, dabuntur ipsi essoniato ad minus quadraginta dies. Si vero ulterius [i] illo vel alterjusmodi essonio rationabili se essoniaverit, de cætero solitus cursus servabitur in Respectu dando.

Vide Stat. Westm. 1. c. 43. de contraplacitando huic essonio.

CAP. 26.

Sunt et alia essonia, quæ loca fortasse habere possunt ad salvandos illos [k] quatuor dies vel aliquem eorum, per quem vel quos expectatur adversarius in Curiâ; ut subita aquarum inundatio, aut alius casus repentinus, qui prævideri non poterit.

CAP. 27.

Per servitium domini Regis item rationabiliter se essoniat quis; et cum in Curiâ probatur hoc essonium, et admittitur, remanebit loquela sine die; donec constiterit eum ab illo servitio domini Regis rediisse: unde hi qui assidue sunt in servitio domini

[i] *alio*, vel C. B. [k] *tres vel* adduntur. M.

Regis,

Regis, ut servientes ipsius, hoc essonio non gaudebunt; ergo circa eorum personas observabitur solitus cursus Curiæ, et juris ordo. Sed circa [l] prædicta essonia hoc modo distinguendum est: qui per servitium domini Regis se essoniari facit, aut prius comprehendit eum summonitio unde adversarius ejus quærit eum ponere in placitum; aut prius ivit in servitium domini Regis et postmodum est summonitus. Si vero prius fuerit in servitio domini Regis, [m] et interim de placito summonitus, indistincte verum est, et obtinet quod superius dictum est. Si prius ponetur quis in placitum, et postea se facit essoniari per servitium domini Regis; refert utrum is per mandatum domini Regis vel præceptum generale vel speciale, ex necessitate sit in illo servitio an alias. Si ex præcepto domini Regis ad illud servitium fuerit vocatus; tunc quoque idem [n] Juris erit quod in superiori casu. Si vero alias ex voluntate, non ex præcepto domini Regis, in servitium ipsius de novo se ingesserit; distinguitur utrum ierit ultra mare [o] in servitium illud, an citra remanserit. Si ultra mare, dabitur ei Respectus quadraginta dierum ad minus; quod si

[l] *prædictum essonium* hoc C. [m] et interim de placito summonitus, indistincte verum est, et obtinet quod superius dictum est. Si prius ponetur quis in placitum, *caret*. B. H. [n] *Ordo* additur. H. B. [o] *vel non*, an H. B.

infra

infra illos quadraginta dies non redierit, obſervabitur ſolitus curſus Curiæ, et Juris ordo. Et quandocunque in Curiâ apparebit vel per ſe, vel per reſponſalem, oportebit eum habere breve domini Regis [p] ad warrantiſandum ſuum eſſonium de præmiſſis, quod incontinenti exhibeat. Si citra mare fuerit in ſervitio domini Regis, tunc in voluntate Juſticiariorum domini Regis erit et in beneplacito, breviorem terminum dare ei vel ampliorem, ſecundum quod viderint domino Regi expedire; dum tamen obſervetur Juris ordo.

C A P. 28.

Contingit præterea aliquem eſſoniari in Curiâ, per infirmitatem quâ quis detinetur in eâdem villâ, cum illuc venerit ad placitum ſuum proſequendum: et tunc conſiderabitur in Curiâ, quod in craſtino veniat, et ita per tres dies continuos expectabitur; et ex hâc cauſâ Reſpectum trium dierum continuorum habebit: qui ſi tertiâ die ita ſe inde eſſoniaverit, tunc mittentur quatuor milites [q] ad eum, per conſiderationem Curiæ, ad videndum utrum ſit in tali ſtatu quod poſſit venire ad Curiam an non; et ſi viderint quod poſſit, tunc ei præcipient quod ad Curiam veniat, et ibi

p *ad warrantum ſuum de primis eſſoniis quod incontinenti oſtendet.* Si. B. *ad warrantum ſuum de primis eſſoniis* Si H. C. q ad eum *caret.* B.

C faciat

faciat quod facere debet. Et ſi viderint eum non poſſe venire, et hoc in Curiâ teſtati fuerint, tunc habebit aliam diem rationabilem et ita Reſpectum quindecim dierum ad minus.

C A P. 29.

Eſt præterea eſſonium quod quandoque in Curiâ præſentatur, ſcilicet de eſſe in peregrinatione. Sed diſtinguendum eſt, utrum [r] is qui taliter ſe eſſoniat, fuerit poſitus inde in placitum antequam iter ipſum arripuerit [s] an non: quod ſi prius ſummonitionem inde habuerit, obſervabitur curſus Curiæ et Juris ordo. Si [t] vero prius inde nullam habuerit ſummonitionem; tunc iterum diſtinguendum eſt utrum iverit [u] ad Hieruſalem an alium locum. Si verſus Hieruſalem iverit is qui ſe eſſoniare facit, tunc ſolet ei dari Reſpectus unius anni, et unius diei, ad minus: de aliis vero peregrinationibus ſolet dari Reſpectus pro voluntate domini Regis et beneplacito vel ejus Juſticiariorum, pro longitudine vel brevitate itineris, prout viderint temperandum.

[r] *eſſoniatus prius fuerit* poſitus H. B. [s] an non: *caret.* B. [t] *non, tunc diſtinguitur quo iverit vel* ad B. [u] *in peregrinatione verſus* Hieruſalem M.

C A P.

CAP. 30.

Apponitur autem in brevi de ſummonitione faciendâ, Vicecomiti directo, hæc clauſula, "et habeas ibi ſummonitores et hoc breve:" ideoque ab initio quœrendum eſt ad diem datam in Curiâ, offerente ſe liti eo qui petit, utrum Vicecomes breve et [w] ſummonitores ibi habeat, [x] an non: et ſi habeat, [y] tunc teſtatâ ſummonitione procedendum erit in placito, ſecundum quod præmonſtratum eſt. Si vero illâ die præſens non fuerit Vicecomes, nec infra quartam diem venerit, [z] uſque ad quam diem expectandus eſt tenens ipſe, tunc præcipietur ei iterum per breve domini Regis, quod tenentem ſummoneat de capitali placito per breve de ſecundâ ſummonitione, et quod ille veniat oſtenſurus, quare per primum breve illam ſummonitionem non fecerit. Eſt autem breve de ſecundâ ſummonitione, continens breve de primâ ſummonitione, et præterea hanc clauſulam; "Et tu ipſe tunc ſis ibi oſten-" ſurus quare illam ſummonitionem ei "non feceris, ſicut tibi præceptum fuit "per aliud breve meum, et habeas ibi

[w] *ſummonitionem* ibi M. [x] an non: *caret.* B.
[y] *tunc teſtata eſt ſummonitio et* procedendum C. B.
[z] uſque ad quam diem expectandus eſt tenens ipſe, *caret.* C.

"hoc breve, et illud aliud breve." Ad diem autem illam veniens Vicecomes, aut dicit se executum fuisse præceptum domini Regis, aut [a] confitebitur illud non fuisse executum. Si confiteatur se non fuisse executum, [b] tunc remaneat in Misericordiâ domini Regis; et sic ille qui petit primam diem [c] intelliget amisisse, et de novo summonendus est ille qui tenet. Si vero dixerit se summonitionem primam legitimis summonitoribus faciendam injunxisse, et iidem ibi præsentes sunt hoc ipsum confitentes; tam Vicecomes quam illi in Misericordiâ remaneant, si [d] primam summonitionem non fecerint, sicut eam facere tenebantur; et prima dies petenti ita erit inutilis. Sin autem illi, quos Vicecomes summonitores nominaverit, præsentes sint asserentes hoc eis a Vicecomite non fuisse injunctum; tunc distinguendum est, utrum [e] Vicecomes summonitionem illam eis faciendam injunxerit in Comitatu, sicut semper fieri debet, (ita quod, si ante Comitatum præsentetur loquela, attachiabitur usque ad Comitatum, et tunc plene fiat summonitio) an alio modo. Si in Comitatu hoc eis injunxerit, et hoc fuerit recte testatum; illi, scilicet summonitores, in Misericordiâ remanebunt,

[a] *non.* Si B. [b] *erit* in B. [c] *amittet,* et B. [d] primam *caret* C. [e] *id in Comitatu, prout semper fieri debet, hoc eis injunxerit,* (ita B.

quia

quia Comitatui in hoc contradicere non possunt. Si vero extra Comitatum, minus publice quam fieri deberet, hoc eis injunxerit Vicecomes, et illi hoc negaverint, Vicecomes in Misericordiâ remanebit, quod præceptum domini Regis, ut debet, non est executus. Hujusmodi enim publici actus, scilicet summonitiones injungere, plegios de clamoribus prosequendis et de stando ad rectum capere, publice debent celebrari; ne, si super his quæ præparatoria sunt ad expedienda negotia fieri posset contentio, ea ipsa esset occasio diutius protrahendi negotia. Si vero ad primam diem summonitores non adsint, asserentes se legitime fecisse primam summonitionem, et ad primam diem suos habuerint essoniatores, qui et eos essoniaverint et adjecerint quod summonitionem recte fecerint; tunc prima dies petenti judicabitur utilis, et illi in Misericordiâ remanebunt, eo quod ad primam diem non aderant ad testificandam summonitionem, sicut eis fuit injunctum, nisi primam diem salvare possint per [f] domini Regis Warrantum; sed notandum quod excusare legitime se possunt summonitores illi ad primam diem uterque vel alter [g], et tunc petenti prima dies similiter adjudicabitur utilis.

[f] *dominum Regem* Warrantum C. B. [g] *Eorum*, additur. M.

CAP. 31.

De absentiâ tenentis quædam præmissa sunt quæ tunc locum habent, quando tenens ipse, sine plegiorum datione, simpliciter est summonitus. Si vero [h] fuerit loquela talis quod tenens ipse plegios invenerit standi ad rectum, [i] et Justiciarii vel Comitatus hoc recordati fuerint; (quod contingit in civili negotio de Fine facto in Curiâ domini Regis coram Rege vel Justiciariis ejus non observato, et in novis Disseisinis) tunc quidem si tenens ipse ad primam diem neque venerit, neque [k] se essoniaverit, plegii considerandi sunt in Misericordiâ domini Regis, et super capitali placito plegii etiam affortiabuntur; et ita tribus vicibus, eo semper absente, in placito illo est procedendum; et si ad tertiam summonitionem non venerit, capietur tenementum ipsum in manum domini Regis, et retinebitur eodem modo quo prædeterminatum est, plegiis etiam in Misericordiâ remanentibus, qui et summonendi sunt quod sint ad certam diem in Curiâ, audituri inde suum Judicium. Si autem fuerit negotium criminale, ut

Ex Stat. Westm. 1. c. 44. apparet plura duobus attachiamentis exiisse debuisse Communi Lege, antequam procederetur ad districtionem.

[h] fuerit loquela talis quod tenens ipse *caret*. B.
[i] *tunc si recordatum fuerit recte per justiciarios vel per Comitatum inde plegios invenisse.* (quod C. M. [k] *Miserit ad se essoniandum*, plegii B.

de

de Pace domini Regis infractâ; tunc secundum Juris ordinem, ut in superiori casu, erit et hic procedendum; [l] nisi quia hic rectatus, si ad tertiam summonitionem non venerit, capietur corpus ejus, plegiis suis remanentibus in Misericordiâ.

C A P. 32.

Expeditis his, quæ circa absentiam tenentis frequentius solent accidere, de his quæ de absentiâ petentis fiunt, restat inspicere. Et quidem si ad primam diem non venerit is qui petit, essoniare sese poterit eisdem rationabilibus essoniis quibus et tenens, et eisdem modis. Quod si non venerit, nec se essoniaverit, tunc juxta considerationem Curiæ dimittetur tenens sine die, si præsens fuerit vel per se vel per alium, ut debet. Ita tamen ut petens tale recuperare habeat versus eum, [m] si iterum inde placitare voluerit, quali modo habeat. Et si [n] iterum placitum illud versus eundem velit movere; quæro quid Juris ibi sit, et qualiter punienda sit illius defalta. Ad

[l] *nisi quia hic rectatus est ad tertiam summonitionem non venerit, corpus suum attachiabitur, de consilio tamen ut festinantius punietur rectatus est propter curiæ contemptum, statim si ad primam diem non venerit, capietur corpus ejus, plegiis* remanentibus C. [m] *quale inde habere debet.* Et C. B. [n] *inde versus eum placitare voluerit,* quæro H. B.

hoc autem diverſi diverſis modis reſpondent. Dicunt enim quidam, quod non niſi cuſtum et expenſas et primum breve amittet, loquelam autem non; ſed de novo placitum incipiet. Alii dicunt quod loquelam verſus adverſarium penitus amittet, ſine omni recuperatione; et propter Curiæ contemptum, in Miſericordiâ domini Regis ſimiliter remanebit. Alii dicunt quod in Miſericordiâ domini Regis erit de cætero et in [o] Regis beneplacito, utrum velit eum ad illud placitum amplius admittere vel reſtituere, an non, et quando. Hæc autem ſimpliciter ſufficiunt ubi loquela ſine plegiatione procedit. Si vero ille qui petit, plegios invenerit de clamore ſuo proſequendo, et diem ſuam neque per ſe neque per alium quemcunque ſervaverit; tunc is qui tenet dimittetur [p] ſine die et petens illud breve, ſecundum quoſdam, et totum cuſtum amittet, et plegii ejus erunt in Miſericordiâ ut ſupra: aut ſecundum alios, loquelam ſuam amittet, et plegii, &c. Sed hoc ita obtinet, ſi loquela ſit tantummodo ſua, quod ſæpius contingit in civilibus negotiis. Verum ſi fuerit loquela non tantum ſua ſed etiam domini Regis, ut in criminali negotio de Pace domini Regis infractâ; tunc quia loquelam illam non niſi ſibi amittere po-

[o] regis *caret.* C. M. [p] ſine die *caret.* B.

teſt,

teſt, imo etiam illam proſequi tenetur; corpus ejus de cætero in priſonam mittetur, et ſalvo cuſtodietur, donec Appellum proſequi velit; et plegii ejus præterea in Miſericordiâ remanebunt.

C A P. 33.

Quandoque contingit utrunque abeſſe, et tunc in voluntate domini Regis vel ejus Juſticiariorum erit, ſi voluerint, verſus utrunque contemptum curiæ vel falſum clamorem proſequi.

LIBER

LIBER SECUNDUS.

De his quæ ſolent contingere circa vel ſtatim poſt ingreſſum litis, et de diracionatione tenementi per duellum vel per magnam Aſſiſam, et de campionibus, et de his quæ pertinent ad duellum, vel ad magnam Aſſiſam.

CAP. I.

UTROQUE autem [a] litigantium præſente in Curiâ, et petente clamante tenementum petitum, poterit tenens petere Viſum terræ. Sed ad hoc, ut detur ei inde Reſpectus, diſtinguitur utrum is qui tenet, habeat plus terræ in villâ illâ, ubi terra illa quæ petitur, eſt, an non. Et ſi plus ibidem non habuerit, nulla dabitur ei inde dilatio : ſin autem plus terræ ibi habuerit, tunc dabitur ei inde Reſpectus, et alia dies ei ponetur in Curiâ ; et cum ita receſſum fuerit a

[a] *tam tenente quam petente, in curiâ apparente et petente verſus tenentem* tenementum C. M.

Curiâ,

Curiâ, ad tria essonia rationabilia poterit tenens recuperare de novo, et præcipietur Vicecomiti illius provinciæ, ubi tenementum illud est, quod mittat liberos homines de Comitatu suo ad videndam terram illam per hoc breve.

C A P. 2.

Rex Vicecomiti salutem: Præcipio tibi quod sine dilatione mittas liberos homines et legales, de visineto de illâ villâ, ad videndam unam Hidam terræ in villâ illâ quam M. clamat versus R. et unde placitum est inter eos in Curiâ meâ, et habeas quatuor ex illis coram me vel Justiciis meis eâ die, ad testificandum visum suum [b] et quam diem ei posuerunt T. &c.

C A P. 3.

Post tria essonia rationabilia, Visum terræ comitantia, utroque litigantium iterum apparente in Curiâ, petens [c] ipse loquelam suam et clameum ostendat in hunc modum. "Peto versus istum H. Feodum dimidii Militis vel duas carucatas terræ in illâ villâ, sicut Jus meum et hœreditatem meam, unde pater meus

[b] et quam diem ei posuerunt, T. &c. *caret.* C. M.
[c] *clameum suum* ostendat B. M.

vel avus meus fuit seisitus in dominico suo sicut de feodo, tempore Regis Henrici Primi vel post primam coronationem domini Regis, et unde cepit commoda ad valentiam quinque solidorum ad minus, ut in bladis et fenis et aliis commodis; et hoc promptus sum probare per hunc liberum meum hominem I. et si quid de eo male contigerit, per illum vel per illum tertium (et quot voluerit ita poterit nominare, sed unus eorum tantum vadiabit duellum) qui hoc vidit, vel audivit;" vel per alia verba sic; "et hoc paratus sum probare per hunc liberum hominem I. cui [d] pater suus injunxit in extremis agens, in fide quâ filius tenetur patri, quod si aliquando loquelam de terrâ illâ audiret, hoc diracionaret sicut id quod pater suus vidit et audivit." [e] Auditâ vero loquelâ et clameo petentis, in electione ipsius tenentis erit se versus petentem defendere per duellum, vel ponere se inde in [f] magnam Assisam domini Regis, et petere Recognitionem quis eorum majus jus habeat in terrâ illâ. Si vero per duellum se defendere voluerit, tenetur tunc defendere Jus ipsius petentis de verbo in verbum, sicut versus eum ostendit, vel per se vel per aliquem alium hominem idoneum. Sed nota quod postquam

De visu et auditu non exigitur hodie jusjurandum statuto Westm. 1. c. 40.

[d] *ipsemet* injunxit H. C. B. M. [e] *Audito* clameo H. B. [f] magnam *caret*. C. M.

duellum

duellum inde fuerit vadiatum, oportebit eum qui tenet terram defendere per duellum, et non de cætero poterit se inde in Assisam ponere. Et post vadiationem duelli, poterit iterum se tribus vicibus rationabiliter essoniare continuis ex personâ sui ipsius, et aliis tribus vicibus ex personâ campionis sui. Factis autem omnibus essoniis [f] quæ recte fieri possunt, antequam duellum inde feriatur, necesse habet petens ut in Curiâ appareat, et campionem suum ibi habeat promptum ad pugnandum. Nec sufficiat eum alium tunc demum producere campionem quam unum eorum super quos posuit diracionationem; neque enim alius pro eo poterit cambiare [g] post primam vadiationem. Si vero is qui duellum vadiavit interim pendente [h] lite obierit; si morte naturali, et hoc fuerit per visinetum declaratum, (ut semper fieri debet, si de hoc dubitetur,) poterit petens ad unum eorum, super quos posuit diracionationem suam, [i] primo recuperare, vel ad alium idoneum, etiam si nullum alium nominaverit, dum tamen inde sit testis idoneus [k]; et sic de novo placitum incipietur. Si vero suâ culpâ interierit, loquelam ita Dominus amittet. Item quæro utrum campio ipsius

[f] quæ recte fieri possunt, *caret*. B. [g] *qui primam fecit* vadiationem. H. B. [h] *placito* obierit; H. B. [i] primo *caret* C. [k] *ad diarationandum*; additur. B.

petitoris alium loco suo possit ponere in Curiâ ad faciendam illam diracionationem, quam ille susceperat loco suo? Equidem secundum Jus et consuetudinem regni antiquam non licet, nisi filium suum legitimum; et nota quod talis debet esse campio petentis quod sit et esse possit inde testis idoneus. Nec in propriâ personâ suâ licebit petitori prosequi Appellum suum, quia id fieri non potest nisi per testem idoneum audientem, et videntem. Defendens autem defendere se poterit, vel per seipsum si voluerit, vel per alium ad hoc idoneum, [l] si per alium se defendere elegerit. Si vero campionem produxerit, et ille interim moriatur, quæro quid Juris ibi sit? utrum is qui tenet possit se per alium defendere, an loquelam suam debeat amittere, an tantum Seisinam? Hic distinguendum est ut prius. Nota etiam quod campio defendens non poterit loco suo in Curiâ alium ad defensionem illam suscipiendam producere, nisi filium suum [m] legitimum. Contingit autem multociens quod campio conductitius in Curiâ producitur pro mercede [n] ad diracionationem faciendam. Et si contra illius personam excipiat pars adversa, dicens eum minus idoneum propter hoc, quod præmium inde accepit ad

[l] *si vero per alium se defendere elegerit, et idem* interim C. M. [m] legitimum. *caret.* C. B. M. [n] ad diracionationem faciendam. *caret.* H. B.

diracionationem

diracionationem illam faciendam, et hoc paratus eſt probare verſus eum (ſi id negare voluerit) aut per ſe, aut per alium, videntem [o] ubi inde præmium accepit; ſuper hoc audietur, et remanebit principale duellum. Si vero ſuper hoc convictus fuerit et per duellum victus [p] fuerit campio petentis, tunc Dominus ſuus loquellam ſuam amittet, [q] et ille campio, tanquam victus, omnem legem terræ amittet; ſcilicet quod de cætero nunquam admittetur in Curiâ ut teſtis, ad diracionationem pro aliquo alio per duellum de cætero faciendam; pro ſemetipſo autem poterit vel corpus ſuum defendendo, vel atrocem injuriam ſui proprii corporis proſequendo, ut de Pace domini Regis infractâ. Jus etiam ſuum verſus alium per duellum defendere poterit de feodo et hæreditate ſuâ. Finito autem duello, pæna [r] ſexaginta ſolidorum imminebit victo nomine recreantiſæ, [ſ] et præterea legem terræ amittet. Et ſi defenſor victus fuerit, Dominus ejus terram petitam cum fructibus et [t] commodis, tempore Seiſinæ in feodo illo [u] inventis, amittet, nunquam de cætero in

[o] ubi inde præmium accepit; *caret*. C. [p] fuerit campio petentis *caret*. H. M. [q] et ille campio tanquam victus, omnem legem terræ amittet; *caret*. B. [r] *novem* ſolidorum C. [ſ] *et ita dirationationem pro alio per duellum facere non poterit*, additur. C. M. [t] *commoditatibus* tempore C. M. [u] *receptis* amittet, C. M.

Curiâ

Curiâ inde audiendus. Ea enim quæ in Curiâ domini Regis per [w] duellum semel fuerint terminata negotia, perpetuam habent firmitatem. Et deinde Vicecomiti præcipietur, ut victori terram diracionatam habere faciat, et eum inde in Seisinam mittat, per tale breve.

CAP. 4.

Rex Vicecomiti salutem; Præcipio tibi, quod sine dilatione seisias M. de unâ hidâ terræ in illâ villâ, de quâ placitum fuit inter ipsum et R. in Curiâ meâ, quia illa Hida terræ adjudicata est ei in Curiâ meâ per finem duelli. Teste Ranulpho, &c.

CAP. 5.

Et hæc ita, si petens obtinuerit in duello. Si vero idem victus fuerit per campionem suum victum, tunc tenens quietus clamabitur de ejus clameo sine recuperatione ejusdem petentis. [x] Hæc de duello, ubi tenens se per duellum defendere voluerit vel elegerit contra petentem.

[w] duellum semel *caret*. C. [x] *si per duellum tenens se defendere elegerit contra petentem, prædicto modo procedunt.* Cap. 6. C.

CAP.

C A P. 6.

Si autem in magnam Affifam domini Regis fe ponere maluerit is qui tenet, aut petens fimiliter fe in Affifam inde ponet, aut non. Si femel concefferit petens in Curiâ, quod fe inde in Affifam ponet; et hoc verbo coram Jufticiis in banco fedentibus expreflerit, de cætero non poffit refilire, fed per Affifam illam oportebit eum perdere vel lucrari. Si vero in Affifam [y] magnam fe ponere noluerit, tunc oportebit eum aliquam caufam [z] monftrare quare Affifa inter eos inde effe non poffit; quemadmodum fi fuerint confanguinei, et ex eodem ftipite parentelæ, unde hæreditas ipfa movetur. Et fi hoc petens objecerit, tenens vero hoc ipfum confitebitur aut non: fi vero hoc in Curiâ concefferit, remanebit eo ipfa Affifa, ita quod per verba placitabitur et terminabitur in Curiâ ipfâ negotium; quia tunc legitime inquiretur quis eorum propinquior fit ipfi ftipiti, et ita hæres juftior. Et per hoc diracionabit Jus fuum hæres propinquior, nifi adverfarius in Curiâ dicere poterit, quare Jus fuum ille alius vel ad tempus, vel perpetuo amiferit, vel aliquis anteceffor fuus; veluti fi donaverit vel vendiderit, aut efcambiaverit, vel alio modo rite

[y] magnam *caret*. C. [z] *in curiâ* additur. M.

alienaverit; aut ſi per feloniam ille vel anteceſſores ejus in univerſum amiſerint Jus ſuum, unde latius inferius tractabitur. Et ſi ſuper aliquo iſtorum articulorum arreſtetur loquela, poterit ex incidenti per verba hinc inde propoſita, ad duellum recte perveniri. Verum ſi omnem parentelam inter ſe et petentem defenderit is qui ſe in Aſſiſam poſuit, vel ſaltem quod de eodem ſtipite non ſint de quo movetur hæreditas; tunc decurrendum eſt [a] ad communes eorum conſanguineos, qui ad hoc vocandi ſunt ad Curiam, ut per eos diſquiratur eorum parentela. Qui ſi concorditer affirmaverint eos deſcendiſſe de eodem ſtipite, unde movetur hæreditas, eorum ſuper hoc ſtabitur aſſertioni. Sed ſi alter adhuc litigantium pertinaciter contradicat; decurrendum erit ad viſinetum, cujus cum conſanguineis ſuper hoc omnino acquieſcendum eſt teſtimonio. Idem quoque fiet ſi parentes ipſius inveniantur diſcordes, quia tunc [b] ſtabit veredicto viſineti. Factâ autem [c] inquiſitione, certiſſime ſi inventi fuerint et probati [d] ex eodem ſtipite unde movetur hæreditas deſcendiſſe, ceſſat quidem Aſſiſa, et per verba, ut prædixi, procedet loquela. Sin

[a] *ad viſinetum* additur. C. M. [b] *ad vicinetum erit recuperandum et ejus veredicto credendum.* Factâ C. M. [c] *prædicto modo diligenti* additur C. M. [d] *litigantes* additur. C. M.

autem

autem conſtiterit Curiæ et Juſticiis domini Regis contrarium, tunc petens qui hoc objecit, ſcilicet quod eſſent de eodem ſtipite, ut Aſſiſam malitioſe adimeret, loquelam ſuam amittet. Nullo autem interveniente quare Aſſiſa procedere non debeat, tunc per eam tam finaliter quam per duellum terminabitur negotium.

C A P. 7.

Eſt antem [e] magna Aſſiſa regale quoddam beneficium, clementiâ principis de conſilio procerum populis indultum, quo [f] vitæ hominum et ſtatus [g] integritati tam ſalubriter conſulitur, ut in Jure quod quis in libero ſoli tenemento poſſidet retinendo, duelli caſum declinare poſſunt homines ambiguum. Ac per hoc contingit inſperatæ et præmaturæ mortis ultimum evadere ſupplicium, vel ſaltem perennis infamiæ opprobrium, illius infeſti et invericundi verbi quod in ore victi turpiter ſonat conſecutivum. Ex æquitate autem maximâ prodita eſt legalis iſta, inſtitutio. Jus enim, quod poſt multas et longas dilationes, vix evincitur per duellum; per beneficium iſtius conſtitutionis, commodius et acceleratius expeditur. Aſſiſa enim ipſa tot non expectat eſſonia quot duellum,

[e] *magna* caret. H. C. B. [f] *juri* hominum B.
[g] integritati *caret.* M.

ut ex ſequentibus liquebit. Ac per hoc et laboribus hominum parcitur, et ſumptibus pauperum. Præterea, quanto magis ponderat in judiciis plurium idoneorum teſtium fides, quam unius tantum; tanto majori æquitate nititur iſta [h] conſtitutio, quam duellum. Cum enim ex unius [i] jurati teſtimonio procedat duellum, duodecim ad minus legalium hominum exigit iſta conſtitutio juramenta. Pervenitur antem ad Aſſiſam ipſam hoc ordine. [k] Quare is qui ſe in Aſſiſam poſuit ab initio, perquiret breve de Pace habendâ, ne de cætero ab adverſario ponatur in placitum per breve, quo prius inter eos placitum fuit de tenemento unde tenens poſuit ſe in Aſſiſam [l].

CAP. 8.

Rex Vicecomiti ſalutem: Prohibe N. ne teneat placitum in Curiâ ſuâ quod eſt inter M. et R. de unâ hidâ terræ in illâ villâ, quam idem R. clamat verſus præfatum M. per breve meum, niſi duellum inde vadiatum fuerit; quia M. qui tenens eſt, poſuit ſe inde in Aſſiſam meam, et petit Recognitionem fieri, quis eorum majus Jus habeat in terrâ illâ. Teſte

[h] *inſtitutio*, quam B.
[i] *juratoris* teſtimonio H.
[k] *Quia* is H. C. B.
[l] *breve de pace habendâ tale eſt* additur. H. C. M.

&c.

&c. Si vero placitum fuerit de ſervitio, unde ille qui tenet ponit ſe in Aſſiſam, [m] quod facere licet; tunc tale erit breve.

C A P. 9.

Rex Vicecomiti ſalutem: Prohibe N. ne teneat placitum [n] in Curiâ ſuâ quod eſt inter M. et R. de ſervitio [o] octo ſolidorum, et unius ſextarii mellis, et duabis ſtikis anguillarum quæ præfatus M. exigit a præfato R. de ſervitio annuo de libero tenemento ſuo, quod de eo tenet in illâ villâ, de quo tenemento idem R. recognoſcit ſe debere ei octo ſolidos per annum pro omni ſervitio, [p] niſi duellum inde vadiatum fuerit; quia R. a quo ſervitium exigitur, ponit ſe inde in Aſſiſam meam, et petit Recognitionem utrum inde debeat per annum octo ſolidos pro omni ſervitio, et inſuper [q] unum ſextarium mellis, et duas ſtikas anguillarum. Teſte &c.

C A P. 10.

Per talia antem brevia, Pacem perqui-

[m] *magnam* additur. M. [n] in curiâ ſuâ *caret*. B. [o] *duo* ſolidorum, C. [p] niſi duellum inde vadiatum fuerit; quia R. a quo ſervitium exigitur, ponit ſe inde in Aſſiſam meam, et petit Recognitionem utrum inde debeat per annum octo ſolidos, pro omni ſervitio: *caret*. C. [q] *duos ſolidos* et additur. C. B.

rit is qui tenet, et in Assisam se ponit donec adversarius ad Curiam veniens aliud breve perquirat; scilicet, ut per quatuor legales milites de Comitatu, et de visineto, eligantur duodecim milites legales de eodem visineto, qui super sacramentum suum dicant uter litigantium majus Jus habeat in terrâ petitâ. Breve autem de quatuor militibus summonendis [r] tale est.

C A P. II.

Rex Vicecomiti salutem: Summone per bonos summonitores quatuor legales milites de visineto de Stoke, quod sint ad clausum Paschæ, coram me vel Justiciis meis, apud Westmonasterium ad eligendum super sacramentum suum duodecim legales milites de eodem visineto, qui melius veritatem sciant, ad recognescendum super sacramentuum suum, utrum M. aut R. majus Jus habeat in unâ hidâ terræ in Stoke, quam M. clamat versus R. per breve meum, et unde R. qui tenens est posuit se in Assisam meam et petit Recognitionem fieri, quis eorum majus Jus habeat in terrâ illâ; et nomina eorum imbreviari facias. Et summone per bonos summonitores R. qui terram illam tenet, quod tunc sit ibi

[r] *ad eligendum duodecim milites* additur. M.

auditurus

auditurus illam electionem, et habeas ibi summonitores, &c.

C A P. 12.

Ad diem illam poterit se tenens essoniare, et iterum ad tria rationabilia essonia recuperare, quod videtur recte posse fieri; quia, ut in superioribus dictum est, quotiens aliquis in Curiâ apparuerit, et ibi facit quod de Jure facere debet, iterum de novo ad essonia sua recuperabit: sed tunc ita eveniet, vel evenire poterit, quod tot vel plura essonia intervenire poterint per magnam Assisam, quot per duellum, quod præmissis non est consonum. Esto enim quod tenens ipse tribus vicibus se possit essoniare continuis, contra electionem duodecim militum per quatuor milites faciendam: post tria illa essonia, eo ad Curiam venienente, aliquis vel aliqui illorum quatuor militum, eâdem die se poterint essoniare. Et si hoc, poterit iterum tenens post eorum essonia se de novo essoniare: et ita vix aut nunquam Assisa ad effectum perduceretur. Sed nota quod apparentibus in Curiâ quatuor militibus, die sibi præfixâ, paratis duodecim alios eligere, [f] de hoc ex æquo prodita est quædam constitutio, juxta quam de consilio Curiæ

[f] *de bono et æquo* H. C. B. M.

ita ſolet res expediri; quod ſive venerit ſive non is qui tenet, nihilominus per illos quatuor milites, et ſuper eorum ſacramentum, fiet electio duodecim. Verum ſi præſens eſſet tenens ipſe, contra aliquem vel aliquos eorum duodecim juſte aliquid forſitan poſſet excipere, et ſuper hoc in Curiâ audiretur: de conſilio et abſenti inde ſatisfaciendo non tantum duodecim eligentur, ſed tot etiam, ut ſine omni contradictione et cauſatione poſſit abſenti cum redierit ſatisfieri. Excipi autem poſſunt juratores ipſi eiſdem modis quibus et teſtes in Curiâ Chriſtianitatis juſte repelluntur. Præterea notandum quod ſi venerit is qui ſe poſuit in magnam Aſſiſam, licet non omnes illi quatuor milites venerint; de conſilio et communi aſſenſu litigantium, per unum etiam illorum quatuor militum poterint illi duodecim milites eligi, adhibitis illi duobus vel tribus militibus aliis de eodem Comitatu, ſi in Curiâ fuerint inventi, licet ad hoc non fuerint vocati: ad maiorem autem cautelam, et ad omnem cavillationem devitandam, ſolent ſex vel plures milites ad curiam ipſam, ad electionem faciendam, vocari. Ad hæc autem taliter expedienda, plus proficit ſequi Curiæ conſilium, quam Juris [t] et curiæ curſum conſuetum ſervare, unde

[t] et curiæ *caret*. H. C. B.

providentiæ

providentiæ committitur et arbitrio domini Regis, vel ejus Jufticiarum, rem iftam utilius et æquius temperare.

CAP. 13.

Poteft antem quis fe ponere in Affifam de fervitio, de terrâ, et [u] defuper de demandis fervitii, et de Jure Advocationis alicujus Ecclefiæ, non folum verfus extraneum, fed etiam verfus Dominum; fcilicet ut recognofcatur quis eorum, videlicet, utrum Dominus majus habeat hanc retinendi in Dominico, an vaffallus tenendi hanc de eo. Facile eft autem inde formare brevia juxta diverfa negotia.

CAP. 14.

Factâ electione duodecim militum, fummonendi funt illi ut ad Curiam veniant, parati fuper facramentum fuum dicere, quis eorum, fcilicet an tenens an petens, majus Jus habeat in fuâ demandâ; et per tale breve fiat fummonitio.

CAP. 15.

Rex Vicecomiti falutem: Summone per bonos fummonitores, illos duodecim

[u] *defuper demandis* fervitii, et H. C.

milites

milites R. et N. (et ſic de ſingulis,) quod ſint eâ die coram me vel Juſticiis meis ad locum illum, parati ſacramento recognoſcere, utrum R. vel N. majus Jus habet in unâ hidâ terræ, vel in aliâ re petitâ, quam prædictus R. [w] qui clamat verſus prædictum N. et unde prædictus N. qui rem illam tenet, poſuit ſe in Aſſiſam noſtram, et petiit inde Recognitionem, quis eorum majus Jus habeat in re [x] petitâ, et interim terram illam vel tenementum ipſum, unde exigitur ſervitium, videant; et ſummone per bonos ſummonitores N. qui rem ipſam tenet, quod tunc ſit ibi auditurus illam Recognitionem.

CAP. 16.

Die autem [y] duodecim militibus præfixâ ad Recognitionem faciendam, ſive venerit is qui tenet ſive non, ſine dilatione Recognitio ipſa procedat, [z] nec valebit ei eſſonium, quippe cum ejus præſentia non ſit neceſſaria, quin ſine eo poſſit fieri Recognitio; cum ſi præſens eſſet, nil dicere poſſit quare remaneret, qui jam in Curiâ ſe in [a] Aſſiſam poſuit.

[w] qui *caret*. C. B. [x] *illa* et B. [y] *recognitionis* ſive H. B. [z] *nec ei locus patebit ſe eſſoniandi, non enim neceſſaria eſt ejus præſentia*, quin M. [a] *ipſam* additur. C.

Secus

Secus tamen eſt de abſentiâ petentis: [c] quia ſi ſe eſſoniaverit, remanet Aſſiſa eâ die, et alia dies dabitur in Curiâ; quia perdere poteſt quis propter defaltam, lucrari vero nemo poteſt omnino abſens.

CAP. 17.

Procedente antem Aſſiſâ ad faciendam Recognitionem [d] ipſam, aut bene notum eſt Jus ipſum ipſis juratoribus omnibus, aut quidam ſciunt et quidam neſciunt, aut omnes ignorant. Si nulli eorum rei veritatem inde ſciverint; et hoc in Curiâ ſuper ſacramentum [e] eorum teſtati ſint ſive fuerint, ad alios recurrendum erit, donec tales inveniantur qui rei veritatem inde ſcierint. Sin autem quidam eorum rei veritatem ſciant, quidam non; rejectis ignorantibus, [f] alii quidem vocandi ſunt ad curiam, donec duodecim ad minus reperiantur inde concordes. Item ſi quidam eorum dixerint pro uno, quidam pro alio litigantium; adjiciendi ſunt alii donec duodecim ad minus in alterutram partem [g] concorditer acquieverint. Ju-

[c] *quia ſi ille ſe eâdem eſſoniaverit die, quod fieri poteſt, eo ipſo remanebit aſſiſa ad illam diem,* et alia C.
[d] ipſam, aut bene notum eſt jus ipſum ipſis juratoribus omnibus, aut quidam ſciunt et quidam neſciunt, aut omnes ignorant. *caret.* H. B. [e] *ſuum recognoverint,* ad B. [f] *tales* additur. B. [g] *concordant.* Jurare H.

rare

rare autem quilibet eorum debent, qui ad hoc vocati ſunt, quod non falſum inde dicent nec veritatem tacebunt ſcienter. Ad ſcientiam autem eorum qui ſuper hoc jurant inde habendam exigitur, quod per proprium viſum ſuum et auditum illius rei habuerint notitiam, vel per verba patrum ſuorum et per talia quibus fidem teneantur habere ut propriis.

C A P. 18.

Cum autem apparuerint duodecim milites ad Recognitionem ipſam faciendam, de rei veritate certi; tunc procedat Aſſiſa recognitura quis eorum, vel petens vel tenens, majus Jus habeat in re petitâ. Quod ſi dixerint ipſum tenentem majus Jus inde habere, vel alia dixerint per quæ ſufficienter conſtet domino Regi vel Juſticiis ſuis, quod idem majus Jus habeat in terrâ petitâ; tunc quidem per conſiderationem Curiæ dimittetur ipſe quietus a clameo petentis in perpetuum: ita quod petens ipſe de cætero nunquam inde audietur in Curiâ cum effectu. Lites enim per magnam Aſſiſam domini Regis legitime deciſæ, nullâ occaſione rite reſuſcitantur in poſterum. Sin autem per Aſſiſam ipſam pro petente fuerit judicatum in Curiâ, tunc adverſarius ſuus terram petitam amittet cum fructibus et commoditatibus omnibus in terrâ ipſâ,

tempore

tempore Seisinæ inventis, eidem restituendam.

CAP. 19.

Pæna antem in hâc Assisâ temere jurantium [h] ordinata est, et ipsi regali institutioni eleganter inserta. Si enim ipsi juratores perjurasse in Curiâ fuerint legitime convicti, vel in Jure confessi, omnibus catallis et rebus mobilibus spoliabuntur, domino Regi eisdem applicandis; de clementiâ autem principis maximâ, salvis eis tenementis solis liberis; præterea in carcerem detrudentur et ibi per annum ad minus in prisonâ detinebuntur: insuper de cætero, legem terræ amittentes, perpetuam infamiæ notam inde merito incurrent. Quæ pæna ideo recte [i] instituta est, ut quoslibet ab illicitâ præstatione [k] sacramenti in tali casu coerceat similitudo supplicii. Notandum etiam quod nunquam potest duellum ubi Assisa nequit esse, nec e converso. Mittetur antem petens, si adjudicetur ei tenementum, ad Vicecomitem illius provinciæ ubi tenementum est, ad Seisinam suam [l] recuperandam per hoc breve.

[h] *ordinaria* est, H. B. M. [i] *constituta* est, C. B.
[k] *juramenti* in M. [l] *accipiendam* per C. M.

CAP.

CAP. 20.

Rex Vicecomiti ſalutem: Præcipio tibi quod ſine dilatione ſeiſias N. de unâ hidâ terræ in villâ illâ quam petit verſus R. unde idem R. poſuit ſe in Aſſiſam meam, quia idem R. diracionavit terram illam in Curiâ meâ per Recognitionem. T. &c.

CAP. 21.

Si vero reperiantur nulli milites de viſineto, nec de Comitatu ipſo, qui [m] rei veritatem inde ſciant, quid Juris erit? Numquid eo ipſo obtinebit is qui tenet verſus petentem? Quod ſi hoc ita eſt, ergo petens ipſe Jus ſuum, ſi quod inde habuerit, amittet? ſuper hoc etiam poteſt procedere dubitatio. Eſto enim quod duo vel tres legales homines vel plures ſunt, dum tamen pauciores ſint duodecim, qui ſe teſtes hujus rei faciant, et ſe ad id diracionandum offerunt in Curiâ, ſi fuerint ejus ætatis, quod per duellum diracionationem facere poſſint, et omnia verba in Curiâ præſentent, per quæ ſolet duellum conſiderari in Curiâ, nunquid ſuper hoc audietur aliquis eorum quære.

[m] rei *caret.* M.

LIBER

LIBER TERTIUS.

De Warrantis et de duobus Dominis, per quorum unum se advocat petens, et per alterum tenens.

CAP. I.

ORDO placitandi, in Curiâ qui observatur, is est quem prædiximus; quando ejus, qui tenet, præsentia solummodo necessaria est, et non alterius, ad respondendum inde. Exigitur autem tam præsentia alterius quam tenentis, si idem dicat in Curiâ rem petitam non esse suam, sed eam tenere ut sibi commodatam; vel sibi locatam vel in vadium datam; vel [a] suæ custodiæ commendatam; vel aliquo alio modo sibi, tamen ut alienam, deputatam: aut si rem suam dicat esse, sed tamen inde aliquem warrantum habere; ut ex ejus donatione, vel venditione, vel [b] in escambium datione; vel ex aliquâ hujusmodi causâ,

[a] *causa* custodiæ H. B. [b] *excambiatione*; vel M.

rem

rem ipſam habeat. Si vero dicat in Curiâ rem ſuam non eſſe, ſed alienam; tunc ille, cujus eam eſſe dixerit, ſummonebitur, ſed per aliud breve conſimile; et ſic de novo verſus eum incipietur [c] placitum. Et cum tandem in Curiâ apparuerit, aut ſimiliter dicet rem ſuam eſſe, aut ſuam non eſſe. Si vero dicat rem ſuam non eſſe; tunc is qui eandem ſuam fuiſſe in Curiâ prius aſſeruerat, terram illam eo ipſo ſine recuperatione amittet; et ſummonebitur ille ut veniat in Curiâ auditurus inde judicium ſuum: et ſic, ſive ipſe venerit, ſive non, Seiſinam recuperabit adverſarius. Cum vero aliquem inde warrantum vocaverit in Curiâ is qui tenet, tunc rationabilis dies ponetur ei in Curiâ ad habendum ibi warrantum ſuum: [d] et ita ad tria eſſonia de novo recuperare poterit ex perſonâ propriâ et ad alia tria ex perſonâ ſui warranti. Tandem vero apparente eo in Curiâ, qui vocatus eſt inde warrantus, [e] aut rem illam ei warrantizabit, aut non. [f] Si eam warrantizare voluerit, tunc cum eo omnino placitabitur, ita quod de cætero ſub ejus perſonâ omnia, quæ ad placitum ipſum exiguntur, pro-

[c] placitum. *caret*. H. C. [d] *et ita ad eſſonia ſua de novo, ſcilicet ad tria ex perſonâ ſuâ warranti, poterit recuperare et* ad C. [e] aut rem illam ei warrantizabit, aut non. *caret*. B. [f] *ſi rem warrantizaverit*, tunc H. B.

cedent:

cedent: verum ſi ante hoc ſe eſſoniaverit, per eſſonium ſuum non poterit ſe defendere is qui vocavit eum warrantum, quin per abſentiam ſuam ponatur in defaltâ. Verum ſi præſens in Curiâ de warranto ei defecerit, qui eum ad warrantum traxerat, tunc inter eos omnino placitabitur; ita quod per verba hinc inde propoſita poterit ad duellum inde perveniri; ſive ſuam Cartam inde habuerit ſive non, is qui eum vocavit ad warrantum; dum tamen teſtem idoneum inde ad diracionationem faciendam habuerit, qui et hoc dirationare voluerit. Et nota, quod cum conſtiterit eum qui trahitur ad warrantum, debere ei warrantizare rem illam, de cætero non poterit eam perdere is cui warrantizare debeat eam; quia ſi res illa in Curiâ dirationetur, tenebitur ei ad competens eſcambium, ſi habuerit unde id facere poſſit.

CAP. 2.

Contingit autem quandoque, quod is qui vocatus eſt warrantus in Curiâ nolit ad Curiam venire ad warrantizandum ei rem ipſam, vel ad demonſtrandum ibi, quod illam illi warrantizare non debet. Ideoque ad petitionem ejus, qui eum inde vocavit warrantum, de conſilio et beneficio Curiæ [g] juſticiabitur ad id faciendum,

[g] *juſtificabitur* ad H. C. B. M.

dum, et per tale breve inde summonebitur.

CAP. 3.

Rex Vicecomiti salutem: Summone per bonos summonitores N. quod sit coram me vel Justiciis meis ibi eâ die ad warrantizandum R. unam hidam terræ in villâ illâ, quam clamat de dono ejus vel de dono M. patris sui, si eam illi warrantizare voluerit; vel ad [h] ostendendum quare illi eam warrantizare non debeat: et habeas summonitores, et hoc breve T. Ranulpho, &c.

CAP. 4.

Die autem statutâ, aut poterit se essoniare warrantus, aut non: si non, tunc denegatur ei [i], jus quod alii conceditur, sine culpâ suâ; quod est inconveniens, et etiam videtur iniquum. Si vero se essoniare poterit, esto quod tribus vicibus recte se essoniaverit, et tertio secundum Jus et consuetudinem Curiæ consideretur, quod ad quartam diem veniat vel responsalem mittat: qui si ad illam diem neque venerit, neque responsalem miserit, quæro quid Juris ibi sit? Quia, si capiatur tenementum in manus domini

[h] *demonstrandum* quare. H. B. [i] *potestas et* additur. H. B.

Regis,

Regis, hoc videretur iniquum et contrà Jus ipsius tenentis, cum ipse inde non fuerit judicatus in defaltâ. Si vero id non fiat, tunc videbitur Jus ipsius petentis, si quid inde habuerit, injuste deferri. Et quidem ita fiat secundum Jus et consuetudinem regni; quia si alius terram ipsam, vel Seisinam ipsius terræ per defaltam warranti sui amiserit, warrantum inde ei tenebitur ad competens escambium; et per hoc [k] distringi poterit ad Curiam venire et tenementum ipsum warrantizare, vel aliquid monstrare quare ei warrantizare non debeat.

CAP. 5.

Contingit etiam quandoque, quod is qui tenet, licet warrantum habeat [l] in Curiâ nullum vocat warrantum, sed Jus tamen ipsius petentis per se omnino defendit. Sed si hoc fecerit, et terram illam amiserit per duellum, nullum recuperare de cætero habebit inde versus warrantum. Sed secundum hoc quæri potest, si per duellum se defendere poterit sine assensu et [m] præsentiâ warranti, et utrum se inde in Assisam magnam domini Regis, præter assensum et [n] præsentiam warranti, ponere poterit? Et quidem

[k] *Breve* distringi M. [l] *tamen inde* in H. [m] *præscientiâ* warranti, H. B. [n] *præscientiam* warranti, H. B.

dem

dem per Affifam poteft fe defendere, pari ratione ac per duellum.

C A P. 6.

Solet præterea plerumque differri negotium per abfentiam Dominorum; quando fcilicet petens ipfe clamat tenementum petitum pertinere ad feodum unius, et is qui tenet dicit fe idem tenere de feodo [o] alterius Dominorum: et tunc fummonendus eft uterque Dominorum illorum ad Curiam, ut, illis præfentibus, loquela illa audiatur et debito modo terminetur; ne illis abfentibus injuria aliqua inferri videatur. Ad diem autem quâ fummoniti funt ad Curiam venire, poterit fe uterque eorum aut eorum alter licite effoniare, et tribus vicibus folito more. Efto ergo quod tribus vicibus effoniato Domino tenentis, confideretur quod ipfe [p] ad Curiam veniat vel refponfalem mittat; qui fi nec tunc venerit, neque refponfalem miferit, confiderabitur quod tenens ipfe inde refpondeat et defenfionem inde fufcipiat: et fi per defenfionem vicerit, fibi quidem terram illam retinebit, et fervitium domino Regi [q] de cætero inde faciat; quia Dominus fuus fervitium fuum per defaltam fuam

[o] *aliorom* dominorum: M. [p] ad curiam *caret*. C.
[q] de cætero *caret*. B.

amittet,

amittet, donec veniat et ibi faciat quod inde facere debet. Eodem modo poterit Dominus ipsius petentis se essoniare; quo demum apparente in Curiâ, quæro utrum Dominus tenentis possit iterum de novo se essoniare? Et quidem poterit, donec [r] semel in Curiâ [s] apparuerit; quia tunc oportebit [t] eum dicere aliquid, quare non oportebit eum amplius expectare: et hoc similiter tenendum est circa personam alterius Dominorum. Si vero post tria essonia sua absens fuerit Dominus petentis, quæro quid Juris ibi sit? Equidem si se inde prius essoniaverit, capientur essoniatores ipsi, et corpus [u] ipsius petentis attachiabitur propter Curiæ contemptum; et ita distringetur ad Curiam venire, ut ibi audiatur, quid inde dicere velit.

CAP. 7.

Si vero præsens uterque fuerit Dominorum, Dominus ipsius tenentis aut warrantizabit quod terra illa petita de feodo suo sit, aut id negabit. Si id warrantizaverit, tunc in ejus voluntate erit, defensionem inde suscipere, aut eam tenenti committere; et utrum istorum fiat, salvum erit Jus utriusque, scilicet tam ip-

[r] *simul* in H. B. [s] apparuerint; quia B. [t] eum dicere aliquid, quare non oportebit *caret*. B. [u] *ejus* attachiabitur B.

fius Domini quam tenentis, fi in placito vicerint. Si vero victi fuerint, et Dominus fervitium et tenens terram illam fine recuperatione amittet. Si vero [w] Dominus ipfius tenentis in Curiâ præfens de warranto ei defecerit, poterit inter eos placitum converti, fi dicat tenens Dominum fuum de warranto injufte ei deficere; et ideo injufte, quia inde ei fecit fervitium nominatum et tantum, tanquam Domino illius feodi vel antecesfores fui ei vel antecesforibus fuis; et de hoc habeat audientes, et videntes, et aliquem idoneum teftem ad diracionationem inde faciendam, vel aliam idoneam et fufficientem probationem, juxta confiderationem Curiæ, faciendam.

CAP. 8.

Circa perfonam [x] Domini petentis, fimili modo diftinguendum eft; eo enim apparente in Curiâ aut terram petitam ad feodum fuum clamat, aut non. Et ita fi clameum petentis warrantizaverit et terram illam ad feodum fuum clamat, in ejus voluntate erit aut fe ad diracionationem petentis tenere, fi hoc elegerit, aut per fe Jus fuum verfus alium diracionare, falvo Jure utriufque illorum, fcilicet, tam ipfius quam petentis, fi [y]

[w] *idem dominus* poterit B. [x] domini *caret*. C.
[y] *ipfe vicerit*. Si H. B.

vicerint.

vicerint. Si vero victi fuerint, uterque illorum inde erit perdens. Si vero clameum ipsius petentis minime warrantizaverit, tunc is qui eum inde in Curiâ ad warrantum vocaverit, in Misericordiâ domini Regis remanebit propter falsum clamorem suum.

LIBER QUARTUS.

De Advocationibus Ecclesiarum.

CAP. I.

PLACITUM de Advocationibus Ecclesiarum moveri solet, tum Ecclesiis ipsis vacantibus, tum non vacantibus. Cum itaque Ecclesiam aliquam vacare contigerit, et is, qui se Advocatum Ecclesiæ illius gerit, ad eandem Ecclesiam Personam præsentaverit; si quis ejus præsentationem contradixerit, et ipsam præsentationem clamaverit, distinguendum est utrum fiat contentio super ipsâ Advocatione, id est, super Jure ipso præsentandi Personam, an super ultimâ præsentatione, id est, super Seisinâ Juris præsentandi Personam. Si super ultimâ præsentatione tantum fiat contentio, ita quod is qui clamat, dicat se vel aliquem antecessorum suorum ultimam habuisse inde [a] donationem et præsentationem, tunc per Assisam, de Advocationibus

[a] donationem et *caret*. C.

Ecclesiarum

Ecclesiarum proditam, loquela illa tractabitur; et summonebitur inde Assisa ad Recognitionem inde faciendam, scilicet quis advocatus tempore Pacis ultimam Personam mortuam ad Ecclesiam illam praesentaverit: et de hâc Assisâ plenius inferius cum aliis Recognitionibus dicetur. Ille autem, qui per Assisam ipsam ultimam praesentationem in Curiâ dirationaverit, eo ipso Seisinam praesentationis Ecclesiae vacantis, super quâ contentio est, diracionabit; ita quod Personam ad eandem Ecclesiam licite praesantabit, salvo Jure et clameo petentis super Jure Advocationis. Si vero Jus Advocationis tantum petatur; tunc is qui petit, adjiciet se vel aliquem antecessorum suorum habuisse ultimam praesentationem illius Ecclesiae, vel adversarium suum vel aliquem ex antecessoribus ejus adversarii habuisse eandem praesentationem concedet; vel dicet quod aliquis tertius eam habuerit vel quod nesciat quis ultimam praesentationem habuerit. Quicquid autem istorum dicat, adversario clamante ultimam praesentationem ex Personâ suâ vel ex Personâ alicujus antecessorum suorum, procedet semper Recognitio super Jure praesentandi, [b] nisi in uno solo praedictorum casuum, quando, scilicet is qui pe-

[b] *nec* in B.

tit,

tit concedit adverſario, quod ille vel aliquis anteceſſorum ſuorum ultimam inde præſentationem habuerit: tunc enim ſine [c] Recognitione unam Perſonam præſentabit ad minus. Diracionatâ autem ultimâ Præſentatione per Aſſiſam vel alio modo legitime, et Perſona ad ejus præſentationem, qui diracionavit in Curiâ, in Eccleſiâ ipſâ inſtituta; tunc is qui ſuper Jure Advocationis placitare voluerit, tale breve habebit.

CAP. 2.

Rex Vicecomiti ſalutem: Præcipe N. quod juſte et ſine dilatione dimittat R. Advocationem Eccleſiæ in villâ illâ, quam clamat ad ſe pertinere, et unde queritur quod ipſe injuſte ei deforceat; et niſi fecerit, ſummone per bonos ſummonitores eum quod ſit eâ die ibi coram nobis vel Juſticiis noſtris oſtenſurus quare non fecerit; et habeas ibi ſummonitores et hoc breve.

CAP. 3.

Summonitus autem, [d] eiſdem modis et eiſdem eſſoniis, ut ſuperius in tractatu [e] terræ diximus, poterit ſe eſſoniare. Eſto

[c] *omni* additur. M. [d] *is qui advocationem ipſius eccleſiæ deforceat* eiſdem eſſoniis C. M. [e] *de placitis* additur. M.

igitur

igitur quod, factis tribus essoniis, ad quartam diem neque venerit neque responsalem miserit [f], quid igitur Juris erit? Equidem capienda est Seisina præsentationis illius Ecclesiæ in manu domini Regis, et per hoc breve.

CAP. 4.

Rex Vicecomiti salutem: Præcipio tibi quod sine dilatione capias in manum meam, præsentationem Ecclesiæ de illâ villâ quam N. clamat versus R. et de quâ placitum est in Curiâ meâ inter eos; et diem captionis scire facias Justiciis meis, &c.

CAP. 5.

Tenetur autem Vicecomes præceptum illud exequi in hunc modum: debet quidem ad Ecclesiam illam accedere et ibi publice coram probis hominibus protestari, se seisiasse in manus domini Regis [g] præsentationem illius Ecclesiæ, et sic per quindecim dies remanebit Seisina in manus domini Regis; ita quod [h] volens eam replegiare tenens ipse poterit eam recuperare, eo modo quo prædeterminatum est in primo libro.

[f] *difforciator* additur. H. B. [g] *advocationem* illius, B. C. [h] *infra illas quindecim dies* additur. C. M.

CAP.

CAP. 6.

Excursis autem omnibus essoniis, quibus se essoniare poterit is, versus quem placitum movetur; ad diem placitantibus in Curiâ præfixam, aut uterque adest, aut neuter, aut unus tantum. De absentiâ autem unius tantum aut utriusque, judicandum est secundum similitudinem eorum quæ superius dicta sunt in tractatu de placito terræ; utroque vero præsente in Curiâ, is qui petit, Jus suum in hæc verba versus adversarium suum proponet. "Peto Advocationem illius "Ecclesiæ sicut Jus meum, et pertinen-"tem ad hæreditatem meam, et de quâ "Advocatione ego fui seisitus, [i] vel ali-"quis antecessorum meorum fuit, tem-"pore Regis Henrici [k] avi domini Hen-"rici Regis, vel post Coronationem do-"mini Regis; et [l] adeo seisitus, [m] ad "eandem Ecclesiam vacantem præsen-"tavi Personam aliquo prædictorum "temporum; et ita præsentavi, quod ad "præsentationem meam Persona fuit in "eâ Ecclesiâ instituta: et si quis hoc "voluerit negare, habeo probos homines "qui hoc viderunt et audierunt, et pa-

[i] vel aliquis antecessorum meorum fuit. *caret.* H. B. [k] *et* post H. B. [l] *ideo* seisitus, H. B. C. [m] *quia additur.* B. C.

"rati

"rati sunt hoc diracionare secundum "considerationem Curiæ, et maxime "illum B. et illum et illum." Audito autem clameo ipsius petentis, poterit se defendere per duellum is qui tenet; et secundum hoc procedent omnia de cætero sicut superius expedita sunt: sin autem in Assisam magnam se ponere voluerit is qui tenet, bene licet ei hoc, et procedet inde Assisa sub formâ supradictâ.

CAP. 7.

Ecclesiâ autem aliquâ non vacante, poterit esse contentio super Advocatione ejusdem Ecclesiæ, si Persona vel is qui se Personam gerit in Ecclesiâ ipsâ, advocet se per unum Advocatum [n]; et alius credens se esse rectiorem advocatum ejusdem Ecclesiæ, clamat eandem Advocationem; tunc ad ejus petitionem dabitur ei tale breve.

CAP. 8.

Rex Vicecomiti salutem: Summone per bonos summonitores Clericum illum N. Personam illius Ecclesiæ, quod sit coram me vel Justiciis meis apud Westmonasterium ad [o] diem illam, ostensurus

[n] *ecclesiæ ejusdem*; additur. C. M. et alius credens se esse rectiorem advocatum, *caret*. B. C. [o] *illum terminum*, ostensurus H.

quo

quo advocato se tenet in Ecclesiâ illâ, cujus Advocationem miles ille M. ad se clamat pertinere. Summone etiam per bonos summonitores ipsum N. qui Advocationem illam ei deforceat, quod tunc sit ibi ostensurus quare Advocationem ipsam ei deforceat; et habeas ibi summonitores et hoc breve. Teste, &c.

CAP. 9.

Clericus autem summonitus, si ad diem statutam neque venerit, neque miserit, [p] neque ad primam neque ad secundam, neque ad tertiam summonitionem; quæro quomodo distringi debeat ut ad Curiam veniat, maxime si nullum habeat laicum feodum unde possit distringi? Simili modo quæri poterit, cum se tribus vicibus essoniaverit in Curiâ, et quartâ die neque venerit neque responsalem pro se miserit, quid inde faciendum sit? Sed in utroque istorum casuum, præcipietur Episcopo illius loci vel ejus officiali, si nullus fuerit ibi Episcopus, quod vel eum distringat ad Curiam venire, vel defaltam suam suâ manu puniat capiendo Ecclesiam in manum suam, vel alio modo, secundum quod poterit de Jure eum distringat. Tandem vero ad Curiam veniens Clericus, aut tenebit se advocatum [q]

[p] neque ad primam *caret.* H. B. [q] *alium aut ad.* additur. M.

illum

illum qui Advocationem illam petit, et ſe ad præſentationem illius fuiſſe inſtitutum vel ad præſentationem alicujus ſuorum anteceſſorum aſſerit, [r] vel ſe ad alium advocatum tenebit. Si ad illum advocatum ſe teneat qui petit, tunc remanebit placitum in Curiâ domini Regis. Et ſi advocatus neget id quod ipſe dicit, ſe ſcilicet fuiſſe ad ſuam præſentationem inſtitutum vel alicujus anteceſſorum ſuorum; ſi ſuper hoc verſus Clericum illum placitare voluerit, coram ſuo Judice eccleſiaſtico placitum proſequetur. Si vero alium nominaverit advocatum, qui inde ſummonitus ſit venire ad Curiam; tunc ſummonitus, venit aut non venit. Si non, neque ad primam, neque ad ſecundam, neque ad tertiam ſummonitionem venerit; vel ſi primâ, et ſecundâ, et tertiâ ſe eſſoniaverit in Curiâ, et quartâ die neque venerit neque reſponſalem miſerit; [ſ] quo modo diſtringetur, [t] et quo modo punietur ejus defalta? Equidem capietur Advocatio illius Eccleſiæ, unde contentio eſt, in manum domini Regis, et per quindecim dies ita remanebit; quod ſi infra illos quindecim dies non venerit; tunc is qui Advocationem ipſam petit, Seiſinam habebit. Sed quid erit de Clerico ipſo? Nunquid tunc eo ipſo Eccleſiam amittet? Sin autem

[r] vel ſe ad alium advocatum tenebit. *caret.* M.
[ſ] quo modo diſtringetur, et *caret.* C. [t] *vel* quo H.

tem

tem ad Curiam venerit is qui summonitus est, aut dicet se advocatum illius Ecclesiæ, aut nullum Jus in Advocatione illâ clamabit. Si nullum Jus inde clamet, tunc remanebit in Curiâ Regis placitum illud, et erit placitum inter advocatum et Clericum in Curiâ Christianitatis. Lite vero pendente, si Ecclesia ipsa vacare ceperit, quæro cujus interim erit præsentatio? Et quidem si nulla fuerit dubitatio mota super ultimâ præsentatione, quin is, versus quem petitur Jus Advocationis, habuerit ultimam præsentationem vel aliquis antecessorum ejus; tunc ipse interim Personam præsentabit, donec Seisinam ipsam amiserit. Ex quo patet, quod si seisiata fuerit Advocatio alicujus Ecclesiæ in manus domini Regis propter defaltam advocati, et infra illas quindecim dies ceperit vacare; non amittet præsentationem suam advocatus ipse infra illas quindecim dies. Si vero Jus Advocationis suum esse dicat, et illud tanquam suum defendere voluerit; tunc quidem procedet loquela eo ordine quo prædictum est. Qui si obtinuerit, tam ipse quam Persona sua a clameo adversarii sui liberabitur; si vero placitum illud perdiderit, tunc ipse Advocationem suam perpetuo perdet et omnes hæredes ejus.

C A P.

CAP. 10.

De Clerico autem, Personâ ejusdem Ecclesiæ, quid erit faciendum, qui Personatum ejusdem Ecclesiæ se habuisse per ejus præsentationem dixerit in Curiâ? equidem in Curiâ domini Regis nil amplius de eo agitur, nisi quod de Advocatione ipsâ inter advocatos judicabitur. Sed in Curiâ Christianitatis, advocatus, qui de novo jus Advocationis evicit, versus Clericum ipsum coram Episcopo suo vel ejus officiali placitabit; ita quod si tempore præsentationis credebatur is Patronus per quem fuit præsentatus, tunc remanebit illi Ecclesia illa omnibus diebus vitæ suæ. Statutum est etiam super hoc in regno domini Regis de Clericis illis qui Ecclesias obtinent per tales advocatos, qui se in Advocationes Ecclesiarum tempore guerræ violenter intruserint, ne Ecclesias illas, quam diu vixerint, amittant; et ita soluta est questio supra posita. Sed post [u] decessum eorum ad rectos advocatos revertentur præsentationes ipsarum Ecclesiarum.

CAP. 11.

Juxta prædicta autem quæri potest,

[u] *tempora* eorum C.

F cum

cum quis advocatus dirationarit in Curiâ domini Regis Advocationem versus aliquem, et postea processu temporis Persona ipsius Ecclesiæ obierit; utrum is, versus quem dirationata fuerit Advocatio, possit de novo quærere Assisam de ultimâ præsentatione; et si breve de Assisâ inde perquisierit, ita quod Assisa sit inde summonita, quid deinde adversario sit faciendum? Esto enim quod ille nunquam Personam ad Ecclesiam illam præsentaverit, sed pater suus vel aliquis antecessorum suorum; et quod objiciatur ei ab adversario quod Recognitionem inde habere non debeat, eo quod Advocationem ipsam in Curiâ versus eum per judicium perdiderat; numquid igitur eo ipso remanebit Assisa [x] an non? Videtur quod ideo [y] remanebit, quia ille Seisinam illius Advocationis nunquam habuerit, eo quod non ultimam [z] præsentationem habuerit; sed videtur quod recte petere poterit Seisinam patris sui, non obstante aliquo quod factum sit super Jure ipso præsentandi. Si vero iterum placitare possit de novo super [a] ultimâ præsentatione, tunc non videtur quod perpetuo firma sint ea quæ in Curiâ domini Regis per judicium semel sunt terminata negotia. Si enim prius adjudicata fuerit ali-

[x] *et non* videtur H. B. C. [y] *remanere debeat quod cum* ille H. B. C. [z] præsentationem habuerit; sed *caret*. B. [a] *illa* ultima C.

cui

cui Advocatio alicujus Ecclesiæ, non videtur quod aliquo modo inde de cætero aliquam Seisinam juste recuperare debeat in ipsâ Curiâ, versus illum maxime qui Advocationem illam diracionavit nisi aliqua nova causa intervenerit, quare super hoc audiri debeat. [b] Si ita summonita esset Assisa super hoc, remaneret eo ipso quod concedi possit ab adversario illum vel aliquem antecessorum ejus ultimam habuisse præsentationem; sed dicet quod si quid Juris ille vel antecessores sui inde habuerint, illud amiserunt in Curiâ domini Regis per judicium; et probato hoc per recordum Curiæ, loquelam amittet, et præterea in Misericordiâ domini Regis remanebit.

CAP. 12.

Notandum etiam, quod quandoque contingit quod cum Clericus aliquis movet alicui Clerico controversiam super Ecclesiâ aliquâ in Curiâ Christianitatis; si per diversos advocatos advocent se in Ecclesiâ illâ [c], ad petitionem alterius advocatorum; defendetur placitum illud in Curiâ Christianitatis, donec diracionetur in Curiâ domini Regis ad quem advocatum pertineat Advocatio ejusdem Ecclesiæ, et per hoc breve.

[b] *respondetur ad hoc quod* additur. C. M. [c] *Clerici illi* additur. H. B.

CAP. 13.

Rex Judicibus illis ecclesiasticis salutem: Indicavit nobis R. quod cum J. Clericus suus teneat Ecclesiam illam in illâ villâ per suam præsentationem, quæ de suâ Advocatione est, ut dicit, N. Clericus eandem petens ex Advocatione M. Militis, [d] ipsum J. coram vobis in Curiâ Christianitatis inde trahit in placitum. Si vero præfatus N. Ecclesiam illam diracionaret ex Advocatione prædicti M. palam est quod jam dictus R. jacturam inde incurreret de Advocatione suâ. Et quoniam lites de Advocationibus Ecclesiarum ad Coronam et dignitatem meam pertinent, vobis prohibeo, ne in causâ illâ procedatis, donec diracionatum fuerit in Curiâ meâ, ad quem illorum Advocatio illius Ecclesiæ pertineat. T. &c. Si vero post prohibitionem illam in Causâ illâ processerint, tunc summonebuntur quod veniant inde responsuri in Curiâ domini Regis per hoc breve.

CAP. 14.

Rex Vicecomiti salutem: Prohibe Judicibus illis ne teneant placitum in Curiâ

[d] ipsum *caret.* B.

Christianitatis

Christianitatis de Advocatione illius Ecclesiæ, unde R. advocatus illius Ecclesiæ queritur quod N. inde eum traxerit in placitum in Curiâ Christianitatis; quia placita de Advocationibus Ecclesiarum ad Coronam et dignitatem meam pertinent. Et summone per bonos summonitores ipsos Judices, quod sint coram me vel Justiciis meis, eâ die ostensuri quare placitum illud tenuerunt contra dignitatem meam in Curiâ Christianitatis. Summone etiam per bonos summonitores præfatum N. quod tunc sit ibi ostensurus quare præfatum R. inde traxerit in placitum in Curiâ Christianitatis. Et habeas ibi, &c. Teste, &c.

LIBER QUINTUS.

De quæstione Status, et de Nativis.

CAP. I.

SEQUITUR de quæstione Status placitum, quod est inter aliquos, quando quis trahit alium a Libertate in Villenagium, vel quando aliquis, in Villenagio positus, petit Libertatem. Cum quis autem petit alium in Villenagio positum tanquam nativum suum, habebit breve de Nativis Vicecomiti directum. Et coram Vicecomiti loci eundem per breve illud clamabit versus illum qui eum in Villenagium tênet, [a] et in Comitatu suo. Et si Villenagium suum coram Vicecomite in Comitatu non contradicatur, tunc placitum illud super nativo illo coram Vicecomite procedet, sicut inferius dicetur, inter clamantem illum nativum et tenentem. Si vero liberum hominem se esse dixerit is qui petitur, et super hoc

[a] et in Comitatu suo. *caret.* H. B. C. M.

demonstrando

demonſtrando ſecurum fecerit Vicecomitem, tunc remanebit loquela illâ in Comitatu; quia Vicecomes de placito illo ſe amplius de Jure intromittere non debet. Veruntamen ſi ſuper hoc idem Vicecomes loquelam illam audire voluerit, tunc is qui petitur clamet ſe Juſticiis et habebit breve Regis: quod ſi fecerit ſecurum Vicecomitem de demonſtrandâ libertate ſuâ, tunc ponatur loquela illa coram Juſticiis domini Regis in Curiâ domini Regis et interim Pacem habebit is qui Libertatem petit. Breve autem tale erit.

C A P. 2.

Rex Vicecomiti ſalutem: Queſtus eſt mihi R. quod N. trahit eum ad Villenagium, de ſicut ipſe eſt liber homo, ut dicit. Et ideo præcipio tibi quod ſi idem R. fecerit te ſecurum de clamore ſuo proſequendo, tunc ponas loquélam illam coram me vel Juſticiis meis eâ die; et interim eum Pacem inde habere facias: et ſummone per bonos ſummonitores prædictum N. quod tunc ſit ibi oſtenſurus quare trahit eum ad Villenagium injuſte. Et habeas ibi, &c.

C A P. 3.

Summonebitur itaque per idem breve is

 qui

qui clamat eum in Villenagium, et ei dies ponetur quâ clameum suum prosequetur. Die autem statutâ, si non venerit is qui petitur ad Villenagium, neque nuncium neque essonium miserit, fiat inde secundum formam prædictam in tractatu de loquelis per plegios attachiatis. Si vero se essoniare voluerit, hoc ei licet eisdem et totidem essoniis et vicibus, ut pradictum est. Si vero is, qui alium ad Villenagium clamat, neque venerit eâ die neque miserit, dimittetur alius sine die, si præsens fuerit, sub tali formâ; scilicet, quod is qui clamat, tale recuperare habeat quale de Jure habere debet, unde superius dictum est plenius. Interim in Seisinâ Libertatis erit is qui ad Villenagium clamabatur.

CAP. 4.

Utroque autem præsente in Curiâ [b] hoc modo diracionabitur Libertas in Curiâ: siquidem producet is, qui Libertatem petit, plures de proximis et consanguineis suis de eodem stipite unde ipse exierat exeuntes, per quorum libertates, si fuerint in Curiâ recognitæ et probatæ, liberabitur a jugo servitutis is qui ad Libertatem [c] proclamatur. Si vero contradicatur

[b] tam eo qui ad Villenagium trahitur; quam eo qui eum clamat, *additur*. M. [c] *proclamat*. Si B.

tradicatur ſtatus Libertatis eorundem productorum, vel de eodem dubitetur, ad viſinetum erit recurrendum; ita quod per ejus veredictum ſcietur, utrum illi liberi homines ſint an non; et ſecundum [d] dictum viſineti judicabitur. Si vero alios produxerit is qui eum ad villenagium trahit ad probandum contrarium, eo ſcilicet quod illi homines quos ibi producit nativi ſui ſint, ita quod de uno ſtipite communi cum illo, quem ad nativum clamat, exierint; tunc ſimiliter ſi utrinque producti recognoſcantur communes conſanguinei, diſquiretur per viſinetum qui eorum eidem ſunt proximiores, et ſecundum hoc judicabitur. Similiter quoque fiet, ſi ex unâ parte producti [e] negent eundem in aliquâ parte conſanguinitatis attingere; vel ſi dubitetur ſuper hoc, omnis hujuſmodi dubitatio per viſinetum abſolvetur. Probatâ antem Libertate in Curiâ ſufficienter, tunc is, de cujus Libertate contentio facta eſt, a clameo [f] petentis eum ad Villenagium abſolvetur, et perpetuo liberabitur. Si vero in probatione ſuâ defecerit, vel ſi ab adverſario ſuo dirationetur tanquam nativus, ſine recuperatione aliquâ Domino ſuo adjudicabitur cum [g] catallis ſuis

[d] *hoc demum* judicabitur. B. *hoc deinde* judicabitur. H. C. [e] *recognoſcantur ejus eſſe conſanguinei et ex alterâ parte producti* additur. C. B. M. [f] *ipſius qui eum ad Vilienagium clamaverat* abſolvetur, B. C. [g] *cum omnibus catallis ſuis.* Sub C.

quæcunque

quæcunque habet. Sub hâc eâdem formâ et hoc eodem ordine tractandum est placitum, quando aliquis in Libertate constitutus ad Villenagium trahitur; vel quando aliquis in Villenagium positus, propriâ suâ deliberatione petit Libertatem. Ob id enim ad Curiam domini Regis veniens is, de cujus Libertate agitur, impetrabit loquelam ipsam in Curiâ domini Regis deduci: quo impetrato sub formâ prædictâ, loquela procedet. Notandum etiam, quod in placito isto locum non habet duellum ad Libertatem alicujus probandam [g] a primâ nativitate.

C A P. 5.

Pluribus autem modis potest ad Libertatem aliquis in Villenagio positus deduci: veluti si Dominus ejus volens eum ad Libertatem perduci, [h] et a se et hæredibus suis quietum clamaverit; vel si eum ad liberandum alicui donaverit vel vendiderit. Illud tamen notandum est, quod non potest aliquis, in Villenagio positus, Libertatem suam propriis denariis suis quærere. Posset enim tunc a Domino suo secundum Jus et consuetudinem regni ad Villenagium revocari; quia omnia catalla cujuslibet nativi intelliguntur esse in potestate Domini sui, quod propriis denariis

[g] *vel improbandam* additur. B. M. [h] *a Villenagio suo quo ei tenetur obnoxius* additur. C. M.

nariis

nariis suis versus Dominum suum a Villenagio se redimere non poterit. Si quis vero extraneus eum ad liberandum emeret suis nummis, posset quidem perpetuo versus Dominum suum, qui eum vendiderat, se in statu Libertatis tueri. Cum quis enim nativum suum a se et hæredibus suis quietum clamaverit, vel extraneo vendiderit, poterit is qui Libertatem ita consequutus est erga Dominum suum vel quoslibet alios hæredes suos, dummodo per Cartam vel alio modo legitime hoc in Curiâ diracionaverit, perpetuo se tueri. Ad duellum etiam hic poterit perveniri, si quis eum a Villenagio Liberatum contradixerit, dummodo aliquis testis idoneus, qui hoc viderit et audierit ubi liberatus fuerit, Libertatem suam voluerit diracionare in Curiâ. Notandum etiam, quod potest quis nativum suum, quantum ad sui ipsius vel hæredum suorum personas, liberum facere, non quantum ad alios. Quia si quis prius nativus hoc modo ad Libertatem perductus, contra extraneum aliquem ad diracionationem faciendam produceretur in Curiâ, vel ad aliquam legem terræ faciendam, posset inde juste amoveri, si nativitas sua [1] ad Villenagium suum in Curiâ objecta fuerit et probata, etiam si in tali statu miles factus esset a Villenagio liberatus. Item

[1] *at* Villenagium H. B. *in Villenagio* in C.

si quis

si quis nativus quiete per unum annum et unam diem in aliquâ villâ privilegiatâ manserit, ita quod in eorum communiam scilicet Gyldam, tanquam civis receptus fuerit, eo ipso a Villenagio liberabitur.

CAP. 6.

Sunt autem nativi a primâ nativitate suâ; quemadmodum si quis fuerit procreatus ex nativo et nativâ, ille quidem nativus nascitur. [k] Idem est si ex patre libero et matre nativâ. Sed si ex matre liberâ et patre nativo, idem est dicendum quantum ad statûs integritatem. Unde si quis liber homo duxerit nativam in uxorem ad aliquod Villenagium, quamdiu fuerit ita obligatus Villenagio, eo ipso legem terræ, tanquam nativus, amittet. Si qui vero procreantur ex nativâ unius et nativo alterius, proportionaliter inter Dominos sunt pueri illi dividendi.

[k] Idem est si ex patre libero et matre nativâ. *caret.* C.

LIBER

LIBER SEXTUS.

De Dotibus.

CAP. I.

DOS duobus modis dicitur. Dos enim dicitur vulgariter, id quod aliquis liber homo dat ſponſæ ſuæ ad Oſtium Eccleſiæ tempore deſponſationis ſuæ. Tenetur autem unuſquiſque, tam jure eccleſiaſtico quam jure ſeculari, ſponſam ſuam dotare tempore deſponſationis ſuæ. Cum quis autem ſponſam ſuam dotat, aut nominat Dotem aut non. Si non nominaverit, tertia pars totius tenementi liberi ſui intelligitur Dos ejus; et appellatur rationabilis Dos cujuſlibet mulieris tertia pars totius liberi tenementi viri ſui, quod habuit tempore deſponſationis; ita quod inde fuerit ſeiſitus in Dominico. Si vero Dotem nominat, et plus tertiâ parte, Dos ipſa in tantâ quantitate ſtare non poterit: amenſurabitur enim uſque ad tertiam partem; quia minus tertiâ parte, ſcilicet tenementi

menti sui, potest quis dare in Dotem, plus autem non.

CAP. 2.

Contingit autem quandoque, quod si modicum tenementi habeat is qui mulierem dotat tempore desponsationis suæ, possit Dotem ampliare, scilicet de questu suo, in tertiam partem vel minus. Si vero de questu nihil fuerit expressum in Dotis assignatione, licet parum habeat tenementi tempore desponsationis, et postea multum acquisierit, non poterit in Dotem clamare plus tertiâ parte illius tenementi, quod habuerit quis tempore desponsationis, quo mulierem dotavit. Idem dico si quis in catallis et in aliis rebus, terram non habens, vel etiam in denariis sponsam suam dotaverit; et postea magnum questum fecerit in terris et tenementis, nihil de cætero de questu in Dotem clamare poterit: quia hoc generaliter verum est, quod quantacunque vel qualiscunque assignata fuerit Dos alicui mulieri, [a] si inde satisfactum fuerit mulieri quantum [b] ad Ostium Ecclesiæ assignatum fuit ad Dotem, nunquam de cætero poterit amplius ad Dotem petere.

[a] si inde satisfactum fuerit mulieri *caret*. B.
[b] *ad Dotem*, additur. H.

CAP.

CAP. 3.

Sciendum autem est quod mulier nihil potest disponere circa Dotem suam tempore vitæ mariti sui. Quia cum mulier ipsa plene in potestate viri sui de jure sit, non est mirum si tam Dos [c] quam ipsa mulier, et cæteræ omnes res ipsius mulieris, plene intelliguntur esse in dispositione viri ipsius. Potest autem quilibet, uxorem habens, Dotem uxoris suæ donare vel vendere vel alio, quo voluerit, modo alienare in vitâ suâ; ita quod tenetur uxor sua in hoc, sicut et in aliis rebus omnibus, quæ contra Deum non sunt, ei assentire. Adeo autem tenetur mulier obedire viro suo, quod si vir ejus Dotem suam vendere voluerit, et ipsa contradixerit; et si postea fuerit ita vendita Dos et empta, mortuo viro suo, [d] poterit mulier Dotem ipsam versus emptorem petere, si confessa fuerit in Curiâ vel super hoc convicta, quod eâ contradicente viro suo, fuerit Dos a viro suo vendita.

CAP. 4.

Mortuo autem viro alicujus mulieris, aut vacat Dos ejus si fuerit nominata, aut

[c] *ipsius mulieris quam* cæteræ C. M. [d] *non* additur. H. C. B. M.

non

non vacat. Si vacet, ponere ſe poteſt mulier in Dotem ſuam et tenere ſe in Seiſinâ cum conſenſu hæredis. Si vero non vacet, aut tota non vacat, aut quædam pars vacat, et quædam pars non vacat. Si quædam pars vacet, et quædam non, in parte quæ vacat, ponere ſe poterit[e] prædicto modo; et de reſiduo habebit Breve de Recto ad warrantum ſuum, ſcilicet quód teneat ei plenum Rectum de illâ terrâ quam clamat pertinere ad rationabilem Dotem ſuam; quod breve tale erit.

C A P. 5.

Rex M. ſalutem: Præcipio tibi quod ſine dilatione plenum Rectum teneas A. quæ fuit uxor E. de unâ hidâ terræ in villâ illâ, quam clamat pertinere ad rationabilem Dotem ſuam, quam tenet de te in eâdem villâ per liberum ſervitium decem ſolidorum per annum pro omni ſervitio quam N. ei deforceat. Et niſi feceris, Vicecomes faciat ne oporteat eam amplius inde conqueri pro defectu[f] Recti T. &c.

C A P. 6.

Tractabitur autem placitum illud in

[e] mulier *additur.* H. B.

[f] *juſticiæ* T. &c. H. B.

Curiâ

Curiâ Warranti per hoc breve, donec probetur Curiam ipsius de Recto defecisse; quod qualiter fieri deberet, inferius dicetur. Quo probato, procedet loquela usque ad Comitatum, et ita mediante Comitatu, pro voluntate domini Regis vel [g] capitalis Justiciarii, poterit loquela ipsa ad Curiam domini Regis etiam justo transferri per hoc breve.

CAP. 7.

Rex Vicecomiti salutem: Pone coram me vel Justiciis meis die illâ loquelam quæ est in Comitatu tuo inter A. et N. de unâ hidâ terræ in illâ villâ, quam ipsa A. clamat versus prædictum N. ad rationabilem Dotem suam. Et summone per bonos summonitores prædictum N. qui terram illam tenet, quod tunc sit ibi cum loquelâ suâ. Et habeas ibi, &c.

CAP. 8.

Potest autem transferri hujusmodi loquela, sicut et aliæ quælibet, a Comitatu ad capitalem Curiam domini Regis pluribus de causis; tum propter aliquam dubitationem quæ emergit in Comitatu super loquelâ ipsâ quam Comitatus nesciat dijudicare, (et quando sic trans-

[g] *justiciarum capitalium*, poterit H.

fertur loquela aliqua ad Curiam, tunc summonenda est utraque pars, scilicet tam tenens quam petens) tum ex perquisitione alterius partium transfertur loquela, [h] tunc sufficit illam partem summoneri, quæ pars hoc non perquisivit. Si vero ex consensu et perquisitione utriusque partium, simul existentium in Curiâ, loquela ipsa transferatur ad Curiam, tunc neutram partium oportet summoneri, quia eis intelligitur dies data in Curiâ. Die autem statutâ in Curiâ, aut uterque abest, aut alter tantum, aut adest uterque. De absentiâ utriusque aut alterius tantum, satis superius est dictum. Utroque vero præsente in Curiâ, mulier ipsa Jus suum versus adversarium suum in hæc verba proponet. "Peto terram "illam sicut pertinentiam illius terræ, "quæ mihi nominata est in Dotem; unde "maritus meus dotavit me ad Ostium Ec-"clesiæ die quâ me desponsavit, sicut de "eo unde fuit vestitus et seisitus eo [i] tem-"pore quo me inde dotavit." Ad hujusmodi ergo [k] clameum solet multipliciter ab adversâ parte responderi; aut enim negabit eam inde fuisse dotatam, aut concedet. Quicquid autem dicat, non debet loquela illa procedere sine hærede mariti ipsius mulieris. Summo-

[h] *et* additur, B. [i] *die* quo B. [k] *damnum* solet C. B.

nendus

nendus ergo erit ad Curiam quod veniat auditurus loquelam istam, et per hoc breve.

CAP. 9.

Rex Vicecomiti salutem: Summone per bonos summonitores N. filium et hæredem E. quod sit coram me vel Justiciis meis eâ die ad warrantizandum A. quæ fuit uxor ipsius E. patris sui, unam hidam terræ in villâ illâ quam clamat pertinere ad rationabilem Dotem suam de dono ipsius E. viri sui versus N. et unde placitum est inter eos in Curiâ meâ, si terram illam ei warrantizare voluerit, vel ad ostendendum ei quare id [1] facere non debet. Et habeas ibi, &c. T. &c.

CAP. 10.

Hæres igitur ipse summonitus, si neque venerit, neque se essoniaverit ad primam diem vel ad secundam vel ad tertiam, vel si post essonia sua quartâ die neque venerit neque responsalem miserit, qualiter distringi debeat vel possit, de Jure et consuetudine regni, quæri potest? Secundum quosdam distringi poterit quod ad Curiam veniat per feodum suum. Itaque de consilio Curiæ capietur in

[1] *warrantizare* non H. B.

 manum

manum domini Regis tantum de feodo suo, unde distringatur ad Curiam venire ad ostendendum ibi, utrum debeat terram illam warrantizare an non; vel per plegios attachiari potest, secundum quosdam, [m] quod ad Curiam veniat ad id faciendum.

CAP. II.

Apparente demum in Curiâ hærede viri mulieris conquerentis, aut id testabitur et concedet quod terra ipsa sit pertinentia Dotis ipsius mulieris, et quod inde fuerit dotata ipsa mulier, et quod antecessor ejus inde fuerit seisitus tempore quo eam inde dotavit, sicut de pertinentiâ illius terræ quam ei principaliter nominavit in Dotem, aut negabit. Si id concedat in Curiâ, de cætero tenebitur illam terram versus ipsum [n] tenentem diracionare, si inde voluerit placitare, [o] et ita ipsam illi mulieri deliberare; et convertetur contentio inter ipsum tenentem et hæredem ipsum. Aut si inde noluerit placitare, tenebitur dare ipsi mulieri competens escambium; [p] quia de cætero perdere non poterit mulier ipsa. Si vero hæres ipse nec testatus fuerit nec

[m] *scilicet Hugonem Bardolph* additur. M. [n] *petentem* diracionare, B. [o] *et revertetur placitum* inter C. M. [p] quia de cætero perdere non poterit mulier ipsa. *caret*. B.

concesserit

concesserit ipsæ mulieri id quod ipsa versus tenentem proponit; tunc placitum inde poterit esse inter ipsam mulierem et hæredem. Mulier enim efficaciter nullum placitum movere poterit versus aliquem sine warranto [q] de Dote suâ. Si itaque ipse hæres totum jus ipsius mulieris [r] ei negaverit, ita quod dixerit in Curiâ eam inde nunquam fuisse dotatam ab antecessore suo, poterit inter eos ad duellum perveniri; si mulier audientes et videntes ibi habeat, vel aliquem idoneum testem qui audierit et viderit, ipsam inde fuisse ab antecessore ipsius hæredis dotatam ad Ostium Ecclesiæ desponsationis suæ tempore, et hoc parata sit versus illum diracionare. Si ergo mulier versus ipsum hæredem obtinuerit per duellum, tunc hæres ipse tenebitur terram petitam ipsi mulieri deliberare, vel competens suum escambium eidem [s] dare.

C A P. 12.

Nota etiam quod cum quis dotat sponsam suam in hæc verba, "Do tibi terram istam vel villam nominatam cum omnibus pertinentiis:" Si aliquem pertinentiam eo tempore non habuerit in dominico suo, nec inde fuit seisitus tem-

[q] *suo, sicut nec inde tenetur respondere sine warranto suo,* de H. C. B. de Dote suâ *caret.* B. [r] ei *caret.* C. [s] *assignare.* C. B.

pore desponsationis suæ, et in vitâ suâ eam diracionarit vel alio modo juste perquesierit, poterit uxor post mortem viri sui Jure Dotis etiam ipsam pertinentiam cum aliis recte petere.

CAP. 13.

Sciendum etiam, quod si vir alicujus mulieris Dotem uxoris suæ vendiderit alicui postquam eam inde dotaverit, tenebitur hæres ejus Dotem illam ipsi mulieri deliberare, si poterit; et etiam ipsi emptori tenebitur ad rationabile escambium suum ex venditione vel donatione [t] sui vel antecessoris sui: sin minus, ad rationabile escambium [u] ipsi mulieri tenebitur.

CAP. 14.

Cum autem tota non vacat Dos alicujus mulieris, ita quod inde nihil habeat mulier ipsa; tunc placitum illud ab initio tractandum erit in Curiâ domini Regis, et summonebitur is, qui Dotem ipsam tenet, per hoc breve.

CAP. 15.

Rex Vicecomiti salutem: Præcipe N.

[t] sui vel *caret*. B. [u] *simpliciter* additur. H. *similiter* additur. B.

quod

quod juſte et ſine dilatione faciat habere A. quæ fuit uxor E. rationabilem Dotem ſuam in illâ villâ quam clamat habere de dono ipſius E. viri ſui, unde nihil habet, ut dicit; et unde queritur quod ipſe ei injuſte deforceat; et niſi fecerit, ſummone eum per bonos ſummonitores quod ſit eâ die coram nobis vel Juſticiis noſtris oſtenſurus quare non fecerit. Et habeas ibi, &c. T. &c.

C A P. 16.

Quicunque autem Dotem ipſam tenet ſive hæres ſive alius, oportet ſemper ipſum hæredem præſentem eſſe qui mulieri, petenti de ſuâ Dote, reſpondeat: ſi alius itaque ab hæræde Dotem ipſam deforceat mulieri, tunc per hoc breve ſummonebitur; hæres vero, per ſupraſcriptum breve.

C A P. 17.

Poteſt autem placitum illud inter hæredem ipſum et mulierem multipliciter variari; aut enim clamabit mulier ipſa Dotem ſuam tanquam nominatam, aut rationabilem Dotem ſuam non nominatam. Hæres quoque aut concedet ei Dotem ſibi fuiſſe nominatam, aliam tamen quam ipſa petit; aut ſibi nullam fuiſſe nominatam dicet. Si ergo de Dote nominatâ ſive de

diversis nominationibus Dotis inter eos fit contentio; tunc poterit id in placito ipso prædicto modo procedi. Si vero rationabilis Dos sine aliquâ nominatione certâ petatur, certi juris est quod hæres tenebitur mulieri assignare in Dotem tertiam partem totius liberi tenementi, quod antecessor ejus habuit in dominico die quâ eam desponsavit, integre [w] in omnibus, ut in terris et tenementis et Advocationibus Ecclesiarum: ita quod si non fuerit nisi una sola Ecclesia in totâ hæreditate, si contigerit eam vacare in vitâ mulieris post mortem mariti sui; non poterit hæres ipse sine assensu ipsius mulieris Personam ad Ecclesiam illam præsentare. Excipitur capitale mesuagium quod dari non potest in Dotem, nec dividetur, sed integrum remanebit. Item in divisionem non veniunt res quas tenuerunt mulieres aliæ in Dotem, unde prius dotatæ fuerint. Præterea si fuerint duo Maneria vel plura dividenda, non dividetur capitale Manerium, sed integrum cum capitali mesuagio hæredi remanebit; ita quod de alio Manerio vel aliis Maneriis ipsi mulieri plene satisfaciat. Notandum etiam quod pro ætate hæredis non remanebit assignatio Dotis ipsi mulieri. Præterea notandum quod si fuerit terra aliqua data alicui mulieri in Dotem

[w] *cum omnibus pertinentiis*, ut R.

nominatim,

nominatim, ita quod Ecclesia aliqua in feodo illo sit fundata, post mortem mariti sui habebit mulier liberam inde præsentationem; ita quod Clerico cuilibet idoneo poterit illam Ecclesiam concedere, si vacaverit; sed Collegio non potest, quia hoc auferret jus ipsius hæredis perpetuo. Sin autem maritus ipsius mulieris alicui Clerico in vitâ suâ Ecclesiam ipsam concesserit, idem Clericus ipsam Ecclesiam totâ vitâ suâ poterit retinere, etiam si hoc factum sit postquam uxorem suam de terrâ illâ dotaverit. Verum si domui religiosæ concesserit interim Ecclesiam ipsam ipse maritus, debet Ecclesia illa post mortem ipsius mariti ipsi mulieri deliberari, ita quod in vitâ suâ liberam habebit inde præsentationem: post mortem vero ipsius mulieris et illius Clerici qui ad ejus præsentationem institutus fuit Persona, iterum ad domum religiosam revertetur Ecclesia ipsa illi perpetuo remansura. Item sciendum quod si in vitâ viri alicujus mulieris fuerit ab eo uxor ejus separata ob aliquam sui corporis turpitudinem, nullam vocem clamandi Dotem habere poterit mulier ipsa. Idem dico si fuerit separata ab eo propter parentelam, scilicet quod nullam Dotem petere poterit mulier ipsa; et tamen liberi ejus possunt esse hæredes et de Jure regni succedent patri suo jure hæreditario. Nota item quod cum quis filius et hæres alicujus

cujus ex consensu patris sui ducit uxorem, et per assignationem patris sui uxori suæ quandam partem terræ patris sui dat in Dotem; [x] nunquid ab eâ plus peti poterit in Dotem? Mortuo autem viro suo ante mortem patris sui, quæri potest utrum terram illam nomine Dotis retinere possit, et utrum pater viri sui teneatur illi warrantizare terram illam. Si vero mulier aliqua plus habeat in Dotem quam habere debeat, id est, quam ei pertineat habere, præcipietur Vicecomiti quod id amensurari faciat, et per hoc breve.

CAP. 18.

Rex Vicecomiti salutem: Questus est nobis N. quod A. mater sua plus habet in Dotem de suâ hæreditate quam habere debet, et quam pertinet ei habendum, scilicet Dotem rationabilem. Ideo tibi præcipio quod juste et sine dilatione facias id amensurari, et juste et sine dilatione facias habere ipsi N. quod habere debet de jure et hæreditate suâ, et juste et sine dilatione facias habere ipsi A. quod habere debet, et quod pertinet ei habendum, scilicet Dotem suam rationabilem; ne inde oporteat eum amplius conqueri pro defectu Justitiæ. T. &c.

[x] *nunquam* ab C. M.

LIBER

LIBER SEPTIMUS.

De Hæredibus legitimis et Bastardis, masculis aut fæminis, majoribus sive minoribus; et de Custodiâ et privilegio minorum, et de ultimis hæredibus qui sunt Domini, cum Feodum cadit in manum eorum; et de hæredibus intestati et de Usurariis et eorum hæredibus et de Maritagiis, et aliis donationibus antecessorum; et eorum testamentis et debitis, quæ omnia hæredes eorum tenentur warrantizare.

CAP. I.

IN aliâ [a] enim acceptione accipitur Dos secundum Leges Romanas; secundum quas proprie appellatur Dos, id quod cum muliere datur viro, quod vulgariter dicitur Maritagium. Potest ita-

[a] enim *caret.* B.

que

que quilibet liber homo, terram habens, quandam partem terræ ſuæ cum filiâ ſuâ vel cum aliquâ aliâ quâlibet muliere, dare in maritagium, ſive habuerit hæredem ſive non; velit hæres, ſi habuerit hæredem, ſive non velit; imo etiam eo & contradicente et reclamante. Quilibet etiam, cuicunque voluerit, poteſt dare quandam partem ſui liberi tenementi in remunerationem [b] ſervitii ſui, vel loco religioſo in [c] eleemoſinam; ita quod ſi donationem illam Seiſina fuerit ſecuta, perpetuo remanebit illi, cui donata fuerit terra illa, et hæredibus ſuis, ſi jure hæreditario fuerit ei conceſſa. Si vero donationem talem nulla ſequuta fuerit Seiſina, nihil poſt mortem donatoris ex tali donatione, contra voluntatem hæredis, efficaciter peti poteſt; quia id intelligitur ſecundum conſuetam regni interpretationem, potius eſſe nuda promiſſio quam aliqua vera [d] promiſſio vel donatio. Licet autem ita generaliter cuilibet de terrâ ſuâ rationabilem partem pro ſuâ voluntate, cuicunque voluerit, libere in vitâ ſua donare; in extremis tamen agenti non eſt cuiquam hactenus permiſſum; quia poſſit tunc immodica fieri hæreditatis diſtributio, ſi fuiſſet hoc permiſſum illi qui fervore paſſionis inſtantis et memoriam et rationem amittit, quod non

b *ſervi* ſui, H. c *eccleſiam*; ita C. d promiſſio vel *caret*. H. B. M.

nunquam

nunquam evenire solet: unde presumeretur quod si quis in infirmitate positus ad mortem, distribuere cepisset terram suam, quod in sanitate sua minime facere voluisset, quod potius proveniret illud ex [e] furore animi quam ex mentis deliberatione. Posset tamen hujusmodi donatio, in ultimâ voluntate alicui facta, ita tenere, si cum consensu hæredis fieret et ex suo consensu confirmaretur. Cum quis autem de terrâ suâ in maritagium vel alio modo donat, aut habet hæreditatem tantum, aut questum tantum, aut hæreditatem et questum. Si hæreditatem tantum, poterit quidem ex eâdem hæreditate quandam partem donare, ut dictum est, cuilibet extraneo cuicunque voluerit. Si autem plures habuerit filios mulieratos, non poterit de facili, præter consensum hæredis sui, filio suo postnato de hæreditate suâ quantamlibet partem donare: quia si hoc esset permissum, accideret inde frequens prius natorum filiorum exhæredatio, propter majorem patrum affectionem, quam sæpe erga postnatos filios suos habere solent. Sed nunquid filio suo bastardo potest quis, filium et hæredem habens, de [f] hæreditate suâ donare? quod si verum est, tunc melioris conditionis est in hoc bastardus filius quam mulieratus postnatus; quod tamen

[e] *fervore* animi B. C. [f] *terrâ* sua H. B.

verum

verum eſt. Si vero queſtum tantum habuerit is qui partem terræ ſuæ donare voluerit, tunc quidem hoc ei licet; ſed non totum queſtum, quia non poteſt filium ſuum hæredem exhæredare. Veruntamen ſi nullum hæredem filium vel filiam ex corpore ſuo procreaverit, poterit quidem ex queſtu ſuo cuicunque voluerit quandam partem donare, ſive totum queſtum hæreditabiliter; ita quod ſi inde ſeiſitus fuerit is, cui donatio illa facta fuerit in vitâ donatoris, non poterit aliquis hæres remotior donationem illam irritare. Poteſt itaque quilibet ſic totum queſtum donare in vitâ ſuâ, ſed nullum hæredem inde facere poteſt, neque Collegium, neque aliquem hominem; quia ſolus Deus hæredem facere poteſt, non homo. Sin autem et hæreditatem et queſtum habuerit; tunc indiſtincte verum eſt, quod poterit de queſtu ſuo quantamlibet partem, ſive totum, cuicunque voluerit donare, ad remanentiam de hæreditate vero ſuâ nihilominus dare poteſt, ſecundum quod prædictum eſt, dum ſcilicet rationabiliter hoc fecerit. Sciendum autem quod ſi aliquis, liberum habens Socagium, plures habuerit filios, qui omnes ad hæreditatem æqualiter pro æqualibus proportionibus ſunt admittendi, tunc indiſtincte verum eſt quod pater eorum nihil de hæreditate vel de queſtu, ſi nullam habuerit hæreditatem, alicui filiorum,

filiorum, quod excedat rationabilem partem suam quæ ei contingat de totâ hæreditate paternâ, donare poterit. Sed tantum donare poterit de hæreditate suâ pater cuilibet filiorum suorum de libero Socagio in vitâ suâ, quantum jure successionis post mortem patris idem consequuturus esset de eâdem hæreditate. Veruntamen occasione liberalitatis quam patres in filios vel etiam in alios exercere solent, Juris quidem questiones in hujusmodi donationibus sæpius emergunt. Esto enim quod aliquis miles vel aliquis liber homo, quatuor vel plures habens filios, ex eâdem matre omnes legitime procreatos, et uni eorum, verbi gratiâ prius nato post hæredem, quandam partem rationabilem de hæreditate suâ cum consensu etiam hæredis sui (ne super hoc fierit contentio) hæreditabiliter donat; ita quod Seisinam inde idem filius recipiat, et commoditates et exitus in vitâ suâ quamdiu vixerit percipiat, et in tali Seisinâ moriatur, tam patre suo quam fratribus omnibus adhuc viventibus; magna quidem Juris dubitatio et virorum, Juris regni peritorum, disceptatio [g] et contentio super tali casu in Curiâ domini Regis aliquando evenit, vel evenire potest super hoc; scilicet, quis isti de Jure succedere debeat et possit. Pater enim Seisinam de-

[g] et contentio *caret*, H, C, B.

functi

functi filii sui sibi retinere contendit; et ita terram quæ ex suâ donatione processit, ad se iterum cupit reverti. Super hoc habitâ contentione in Curiâ, patri, jus in terrâ ipsâ clamanti, respondetur a filio primogenito, quod non est pater suus super hoc audiendus; quia generaliter verum est secundum Jus regni, quod nemo ejusdem tenementi simul potest esse hæres et Dominus: sed hâc eâdem ratione quærit filius medius primogenitum filium ab illâ successione repellere. Cum enim jam hæres sit totius hæreditatis, non potest simul esse Dominus [h] illius hæreditatis et hæres; præterea si jam mortuus esset pater illius filii primogeniti, idem filius Dominus fieret totius hæreditatis. Sed tunc de Jure regni non remaneret ei terra prædictâ ratione. Si ergo eam retinere non poterit ad remanentiam, quo modo eam petere potest jure hæreditario: sed pari ratione videtur, quod postnatus filius omnes alios inde possit excludere. Similis vero dubitatio contingit, cum quis fratri suo postnato portionem terræ suæ hæreditabiliter concedit et donat; quo defuncto sine hærede de corpore suo exeunte, frater ipsius defuncti terram ipsam in manum capit suam, sicuti illam quæ de feodo suo est vacans; versus quem duo filii sui Assisam petunt

[h] *partis* illius B. C.

de

de morte avunculi ſui: procedente vero placito, primogenitus filius verſus patrem, et poſtnatus filius verſus fratrem primogenitum, præmonſtrato modo, placitare poſſunt. Sed ſciendum, quod pater ipſe terram illam nullo modo de Jure regni retinere poteſt, quia non poteſt ſimul eſſe hæres et Dominus: ſed nec etiam ad donatorem licite revertetur terrâ alicui ſic donata, ſcilicet cum homagio ſequuto, ſi aliquem hæredem habuerit is, cui facta eſt donatio, ex corpore ſuo, ſive etiam remotiorem. Præterea terra iſta quæ ſic donata eſt, ſicut alia quælibet hæreditas, naturaliter quidem ad hæredes hæreditabiliter deſcendit; [i] nunquam autem [k] naturaliter aſcendit. Sic ergo remanet placitum inter patrem et primogenitum filium; ſed procedet inter primogenitum filium et poſtnatum prædicto modo. Aliquando tamen ſuper hoc ultimo caſu in Curiâ domini Regis, de conſilio Curiæ, ita ex æquitate conſideratum eſt, quod terra ſic donata filio primogenito remaneat; maxime ſi aliud Feodum non habeat in manu ſuâ donec hæreditas deliberetur ei. Quia interim, cum Dominus non ſit hæreditatis paternæ, non obviat id quod dicitur, quod ſimul non poſſit quis hæres eſſe et Dominus.

[i] nunquam autem naturaliter aſcendit, *caret.* H.
[k] *regulariter* aſcendit. B. C.

minus. Sed cum ex illâ successione fiat Dominus illius partis hæreditatis; nonne et hæres ejusdem partis intelligitur esse, cum et hæres sit totius hæreditatis? ad hoc tamen respondemus, quod incertum est adhuc et in pendenti, utrum filius primogenitus hæres sit an non: quia si præmoriatur pater, tunc constans est [l] quia hæres ejus est: quod si sic evenerit, tunc quidem desinit Dominus esse illius terræ quam ex successione avunculi sui prius acquisierat, et tunc demum ad postnatum filium, tanquam ad hæredem rectum, revertetur terra illa. Sin autem præmoriatur filius primogenitus, tunc satis constat [m] quia ille non fuerit futurus hæres patris sui: et ob id nunquam concurrunt circa ejus personam ista duo accidentia Juris, scilicet jus hæreditarium et Dominium. Notandum autem, quod nec Episcopus nec Abbas, quia eorum Baroniæ sunt de eleemosinâ domini Regis et antecessorum ejus, possunt de Dominicis suis aliquam partem dare ad remanentiam, sine assensu et confirmatione domini Regis.

Hæc lex confirmatur stat. West. 2. cap. 41.

CAP. 2.

Tenentur autem hæredes donatorum donationes et res donatas, sicut rationabiliter

[l] *quod* hæres H. C. B. M. [m] *quod* hæres H. C. B. M.

biliter factæ sunt, illis quibus factæ sunt et hæredibus eorum warrantizare.

CAP. 3.

Hæredum autem, alii sunt proximi, alii sunt remotiores. Proximi hæredes alicujus sunt quos ex suo corpore procreaverit, ut filius vel filia. Quibus deficientibus vocantur hæredes remotiores, scilicet nepos vel [n] neptis, ex filio vel filiâ rectâ lineâ [o] descendens, in infinitum. Item frater et soror, et ex illis ex transverso descendentes. Item avunculus, tam ex parte patris quam ex parte matris, et matertera similiter, et ex illis descendentes. Cum quis ergo hæreditatem habens moriatur, si unicum filium hæredem habuerit, indistincte verum est quod filius ille patri suo succedit in toto. Si plures reliquerit filios, tunc distinguitur utrum ille fuerit miles sive per Feodum militare tenens, aut liber sokemannus. Quia si miles fuerit, vel per militiam tenens, tunc secundum Jus regni Angliæ primogenitus filius patri succedit in totum; ita quod nullus fratrum suorum partem inde de Jure petere potest. Si vero fuerit liber sokemannus, tunc quidem dividetur hæreditas inter omnes filios, quotquot sunt, per partes æquales, si fuerit Socagium illud antiquitus divisum; salvo ta-

[n] *neptes*, ex C. [o] *descendentes*, in C. B.

men capitali mesuagio primogenito filio pro dignitate æsneciæ suæ: ita tamen quod in aliis rebus satisfaciet aliis ad valentiam. Si vero non fuerit antiquitus divisum, tunc primogenitus, secundum quorundam consuetudinem, totam hæreditatem obtinebit; secundum autem quorundam consuetudinem, postnatus filius hæres est. Item si filiam tantum unam reliquerit quis hæredem, tunc id obtinet indistincte quod de filio dictum est. Sin autem plures filias, tunc quidem indistincte inter ipsas dividetur hæreditas, sive fuerit miles, sive sokemannus pater earum; salvo tamen primogenitæ filiæ capitali mesuagio sub formâ præscriptâ. Notandum autem, quod si quis fratrum vel sororum, inter quos dividitur hæreditas, sine hærede de corpore suo moriatur, tunc illa portio, quæ defuncti erat, [a] inter cæteros superstites dividetur. Maritus autem primogenitæ filiæ homagium faciat capitali Domino de toto Feodo. Tenentur autem postnatæ filiæ, vel earum mariti, servitium suum de suo tenemento capitali Domino facere per manum primogenitæ vel ejus mariti. Nullum tamen homagium, vel etiam fidelitatem aliquam, tenentur mariti postnatarum filiarum marito primogenitæ filiæ inde facere in vitâ suâ, nec earum hæredes primi vel secundi: tertii vero hæredes ex postnatis

[a] *cæteris fratribus vel sororibus accrescet.* Maritus C.

filiabus

filiabus exeuntes, secundum Jus regni, homagium tenentur facere de suo tenemento hæredi filiæ primogenitæ et rationabile Relevium. Præterea sciendum est, quod mariti mulierum quaruncunque nihil de hæreditate uxorum suarum donare possunt, sine consensu hæredum suorum, vel de jure ipsorum hæredum aliquid remittere possunt [o] nisi in vitâ suâ. Si vero filium habuerit quis hæredem, et præterea filiam habuerit vel filias, filius ipse succedit in totum: unde contingit, quod si quis plures habuerit uxores, et ex quâlibet filiam vel filias, extremo autem ex postremâ unicum filium, ille filius solus obtinet hæreditatem patris: quia generaliter verum est, quod mulier nunquam cum masculo partem capit in hæreditate aliquâ; nisi forte aliud speciale fiat in aliquâ civitate, et hoc per [p] longam consuetudinem ejusdem civitatis. Si vero habuerit quis plures uxores, et ex quâlibet earum filiam vel filias, omnes filiæ [q] erunt pares ad hæreditatem patris, eodem modo ac si omnes essent ex eâdem matre. Cum quis autem moriatur sine hærede filio vel filiâ, [r] si habuerit nepotes vel neptes ex filio vel filiâ; tunc quidem indubitanter succedent ipsi, eodem modo quo prædeterminatum est supra de filio

[o] nisi *caret.* M. [p] *antiquam* consuetudinem M. [q] *pariter veniunt* ad H. B. C. [r] si habuerit nepotes vel neptes ex filio vel filiâ; *caret.* C.

vel filiabus, et ſub eâdem diſtinctione. Illi enim qui rectâ lineâ deſcendunt, ſemper illis preferuntur qui ex tranſverſo veniunt. Cum quis autem moriatur, habens filium poſtnatum, et ex primogenito filio præmortuo nepotem, magna quidém Juris dubitatio ſolet eſſe, uter illorum preferendus ſit alii in illâ ſucceſſione, ſcilicet utrum filius an nepos. Quidam enim dicere volebant, filium poſtnatum rectiorem eſſe hæredem quam nepotem talem; eâ videlicet ratione, quia filius primogenitus, cum mortem patris non expectaret nec expectavit quouſque hæres ejus eſſet, et ita cum poſtnatus filius ſupervixerat tam fratrem quam patrem, recte, ut dicunt, patri ſuccedit. Aliis vero viſum eſt nepotem talem de jure avunculo ſuo eſſe preferendum. Cum enim nepos ille, ex filio primogenito exierit et de corpore ſuo extiteret hæres, in totum jus quod pater ſuus, ſi adhuc viveret, haberet, ipſe patri ſuo ſuccedere debet: ita dico, ſi pater ſuus non fuerit ab avo ſuo forisfamiliatus. Poteſt ſiquidem filius in vitâ patris ſui ab eo forisfamiliari, ſi quandam partem terræ ſuæ aſſignet pater filio ſuo et Seiſinam faciat ei in vitâ ſuâ ad petitionem et bonam voluntatem ipſius filii, ita quod de tantâ parte ſit ei ſatisfactum: tunc enim non poterint hæredes ipſius filii de corpore ſuo aliquid amplius petere contra avunculum

culum ſuum vel alium de reſiduâ parte hæreditatis avi ſui. quam partem patris ſui, licet pater eorum, ſi ipſe ſupervixiſſet eundem avum ſuum, [f] poſſet. Præterea ſi filius alicujus primogenitus de paternâ hæreditate capitali Domino homagium ſuum fecerit in vitâ patris ſui, licet præmoriatur patri ſuo, nulla dubitatio eſt quin filius ejuſdem avunculo ſuo ſit preferendus. Verum ſuper hoc poterit eſſe placitum inter nepotem ipſum et capitalem Dominum, ſi idem Dominus ei homagium ſuum negaverit; vel inter capitalem Dominum et avunculum ipſum, ſi capitalis Dominus nepoti homagium ſuum warrantizaverit; et ex hoc utrinque rationabiliter poſſit perveniri ad duellum, niſi vero homagium ſuum ita poſſit doceri; tunc quidem ita hodie obtinet inter avunculum et nepotem, quia melior eſt conditio poſſidentis.

C A P. 4.

Deficientibus autem hiis qui rectâ lineâ deſcendunt, tunc frater vel fratres ſuccedent: aut ſi non reperiantur fratres, vocandæ ſunt ſorores; quibus præmortuis eorum liberi vocantur: poſt hos vero vocantur avunculi, et eorum liberi; poſtremo materteræ vel earum liberi; habitâ

[f] *ſi* additur. C.

ſemper et obſervatâ diſtinctione, ſuperius prænotatâ, inter filios militis et filios ſokemanni, et nepotes ſimiliter; habitâ quoque diſtinctione inter maſculos et fæminas.

CAP. 5.

Tenentur quoque hæredes teſtamenta patrum ſuorum et aliorum anteceſſorum ſuorum ſervare; [t] illorum ſcilicet, quorum ſunt hæredes, et eorum debita acquietare. Poteſt enim quilibet homo liber, [u] majoribus debitis non involutus, de rebus ſuis in infirmitate ſuâ rationabilem diviſam facere ſub hâc formâ, ſecundum cujuſdam patriæ conſuetudinem, quod Dominum ſuum primo de meliore et principaliore re quam habet recognoſcat, deinde Eccleſiam [w], poſtea vero alias perſonas pro voluntate ſuâ. Quicquid autem diverſarum patriarum conſuetudines ſuper hoc teneant, ſecundum Jura regni non tenetur quis in teſtamento ſuo alicui perſonæ præcipue, niſi pro voluntate ſuâ, aliquid relinquere: libera enim [x] dicitur eſſe cujuſcunque ultima voluntas, ſecundum has leges ſicut et ſecundum alias. Mulier etiam ſui juris, teſtamentum facere poteſt: ſi vero fuerit

[t] illorum ſcilicet, quorum ſunt hæredes, *caret.* C.
[u] *major* debitis C. [w] *ſuam* additur. H. B. C. [x] *debet* eſſe H. B. C. M.

in

in potestate viri constituta, nihil sine viri sui authoritate [y] facere potest, etiam in ultimâ voluntate, de rebus viri sui. Veruntamen pium esset et marito valde honestum, si rationabilem divisam uxori suæ concessisset, scilicet usque ad tertiam partem rerum suarum quam viva quidem obtinuisset, si maritum suum supervixisset, ut plenius infra liquebit, quod plerique mariti facere solent; unde merito commendabiles efficiuntur. Cum quis in infirmitate positus testamentum facere voluerit, si debitis non sit involutus, tunc omnes res ejus mobiles in tres partes dividentur æquales; quarum una debetur hæredi, secunda uxori, tertia vero ipsi reservatur; de quâ tertiâ liberam habebit disponendi facultatem: verum si sine uxore decesserit, medietas ipsi reservatur. De hæreditate vero nihil in ultimâ voluntate [z] disponere potest, ut prædictum est.

Ita fuisse Communem Legem testatur ex parte Magnæ Carta. cap. 18.

CAP. 6.

Debet autem testamentum fieri coram duobus vel pluribus viris legitimis, clericis vel laicis, et talibus qui testes inde fieri possunt idonei. Testamenti autem executores esse debent ii quos testator ad hoc elegerit et quibus curam ipsam com-

[y] *disponere* potest, C. M. [z] *facere* potest, B.

miserit.

miserit. Si vero testator nullos ad hoc nominaverit, possunt propinqui et consanguinei ipsius defuncti ad id faciendum se ingerere. Ita quod si quem, vel hæredem vel alium, rerum defuncti reperiunt detentorem, habebunt breve domini Regis Vicecomiti directum in hæc verba.

CAP. 7.

Rex Vicecomiti salutem: Præcipio tibi quod [a] juste et sine dilatione facias stare rationabilem divisam N. sicut rationabiliter monstrari poterit quod eam fecerit et quod ipsa stare debeat T. &c.

CAP. 8.

Si quis autem authoritate hujus brevis conventus, aliquid dixerit contra testamentum ipsum; scilicet quod non [b] fuit rationabiliter factum, vel quod res petita non fuerit ita ut dicitur legata, tunc quidem placitum illud in Curiâ Christianitatis audiri debet et terminari: quia placitum de testamentis coram judice ecclesiastico [c] fieri debet et per illorum, qui testamento interfuerint, testimonia, secundum Juris ordinem terminari. Si vero fuerit debitis oneratus is qui testamentum

[a] juste et *caret.* C. [b] *fuerit recte* factum, C. M.
[c] *tractari* debet C. M.

facere

facere proponit, nihil de rebus suis (extra debitorum acquietationem) præter sui hæredis consensum disponere potest. Verum si post debitorum acquietationem aliquid residuum fuerit, tunc id quidem in tres partes dividetur modo prædicto; et de tertiâ parte suum, ut dictum est, faciat testamentum. Si vero non sufficiant res defuncti ad debita persolvenda, tunc quidem hæres ejus defectum ipsum de suo tenetur adimplere: ita dico, si habuerit ætatem hæres ipse.

CAP. 9.

Sunt enim quidam hæredes, de quibus constat eos esse majores, alii unde constat eos esse minores, alii de quibus dubium est utrum sint majores an minores. Hæredes vero majores, statim post decessum antecessorum suorum possunt se tenere in hæreditate suâ, licet Domini possint Feodum suum cum hærede in manus suas capere; ita tamen moderate id fieri debet, ne aliquam disseisinam hæredibus faciant: possunt enim hæredes, si opus fuerit, violenciæ Dominorum resistere, dum tamen parati sunt Relevium et alia recta servitia eis inde facere. Si vero constet eos esse minores, tunc ipsi hæredes tenentur esse sub Custodiâ Dominorum suorum, donec plenam habuerint ætatem, (si fuerint hæredes de Feodo militari) quod

Vide asseverationem hujus legis statuto Marlebr. cap. 16.

quod ſit poſt viceſimum et unum annum completum, ſi fuerit hæres et filius militis vel per Feodum militare tenentis. Si vero hæres et filius ſokemanni fuerit, ætatem habere intelligitur tunc, cum quindecim compleverit annum. Si vero fuerit filius burgenſis, ætatem habere tunc intelligitur, cum diſcrete ſciverit denarios numerare et pannos ulnare, et alia paterna negotia ſimiliter exercere. Plenam itaque Cuſtodiam habent Domini filiorum et hæredum [d] hominum ſuorum et Feodorum ſuorum, ita quod plenam inde habent diſpoſitionem; ut in Eccleſiis, in Cuſtodiis ipſis conſtitutis, concedendis, et in mulieribus (ſi quæ in eorum Cuſtodiam exciderint) maritandis, et in aliis negotiis diſponendis, ſecundum quod propria negotia ſua diſponere ſolent. Nihil tamen de hæreditate de jure alienare poſſunt ad remanentiam; ita tamen quod hæredes ipſos honorifice, pro quantitate hæreditatis, interim habeant, et [e] debita etiam defuncti, pro quantitate hæreditatis et temporis quo illis cuſtodia deputatur, acquietent: unde et de debitis anteceſſorum de jure reſpondere tenentur. Negotia quoque ipſorum hæredum agere poſſunt, et placita de jure eis acquirendo movere et proſequi, ſi [f] emiſſa fuerit de

[d] hominum ſuorum *caret*. M. [e] *exhibeant*, additur C. M. [f] *omiſſa* fuerit H. C. M.

ætate

ætate contra minorem exceptio. Respondere autem non tenentur pro illis, nec de Recto nec de [g] Disseisinâ nisi in unico casu; cum quis, scilicet minor, habuerit Custodiam minoris post decessum patris sui: tunc enim si denegetur alii hæreditas sua, cum major factus fuerit, poterit inde habere Assisam et Recognitionem de morte antecessoris sui; nec pro ætate Domini minoris remanebit inde [h] Recognitio in hoc casu. Si vero appelletur minor de feloniâ aliquâ, tunc attachiabitur per salvos et securos plegios; sed dum fuerit infra ætatem, inde non tenebitur respondere, sed demum factus major. Restituere autem tenentur custodes hæreditates ipsis hæredibus instauratas et debitis acquietatas, juxta exigentiam temporis Custodiæ et quantitatis hæreditatis. Si vero dubium fuerit utrum fuerint hæredes majores an minores; tunc procul dubio Domini tam hæredes quam hæreditates in custodiâ habebunt, donec ætas rationabiliter probetur per legales homines de visineto et per eorum sacramentum.

Hæc lex restitutionis roboratur Magna Carta. cap. 5.

C A P. 10.

Si vero plures habuerint Dominos ipsi hæredes sub Custodiâ constituti; capitales

[g] *Saisina* nisi C. [h] *assisa* in M.

eorum

eorum Domini, id eſt, illi quibus ligeantiam debent ſicut de primis eorum Feodis, eorum habebunt Cuſtodiam: ita quod de cæteris Feodis Relevia et alia recta ſervitia Dominis ipſorum Feodorum facere tenentur: et ſic Cuſtodia eis per totum ſub formâ præſcriptâ remanebit. Notandum tamen, quod ſi quis in capite de domino Rege tenere debet, tunc ejus Cuſtodia ad dominum Regem plene pertinet, ſive alios Dominos habere debeat ipſe hæres ſive non; quia dominus Rex nullum habere poteſt parem, multo minus ſuperiorem. Veruntamen ratione Burgagii tantum non prefertur dominus Rex aliis in Cuſtodiis. Si vero dominus Rex aliquam Cuſtodiam alicui commiſerit, tunc diſtinguitur utrum ei Cuſtodiam [i] pleno jure commiſerit; ita quod nullum eum inde reddere compotum oporteat ad Scaccarium, aut aliter. Si vero ita plene ei Cuſtodiam commiſerit, tunc poterit Eccleſias vacantes donare, et alia negotia, ſicut ſua, recte diſponere.

CAP. II.

Hæredes vero ſokemannorum, mortuis anteceſſoribus ſuis, in cuſtodiâ conſanguineorum [k] ſuorum propinquiorum erunt; ita tamen, quod ſi hæreditas ipſa

[i] *plena vice* commiſerit; C. [k] *remanent*; ita M.

ex parte patris descenderit, ad consanguineos ex parte matris descendentes Custodia ipsa referatur. Sin autem ex parte matris hæreditas ipsa descenderit, tunc ad consanguineos paternos Custodia pertinet. Nunquam enim Custodia alicujus de jure alicui remanet, de quo habeatur suspicio quod possit vel velit aliquod jus in ipsâ hæreditate clamare.

C A P. 12.

Mulier vero vel mulieres, si hæredes alicujus remanserint, in Custodiâ Dominorum suorum remaneant. Quæ, si infra ætatem fuerint, in Custodiâ erunt, donec plenariam habeant ætatem: et cum habuerint ætatem, tenetur Dominus earum eas maritare, singulas cum suis rationabilibus portionibus. Si vero majores fuerint, tunc quoque in Custodiâ Dominorum suorum remanebunt, donec per [1] consilium et dispositionem Dominorum maritentur: quia sine Dominorum dispositione vel assensu, nulla mulier, hæres terræ, maritari potest de Jure et consuetudine regni. Unde si quis, filiam vel filias tantum habens, hæredem illam vel illas in vitâ suâ, sine assensu Domini sui, maritaverit; inde juste secundum Jus et consuetudinem regni perpetuo exhæredatur, ita quod

[1] consilium et *caret*. C.

inde

inde de cætero nihil recuperare poterit nisi per solam misericordiam; et hoc eâ ratione, quia cum maritus ipsius mulieris hæredis alicujus homagium de tenemento illo facere tenetur ipsi Domino, requirenda est ipsius Domini ad id faciendum voluntas et assensus; ne de inimico suo, vel alio modo minus idoneâ personá, homagium de feodo suo cogatur recipere. Verum si quis licentiam quærit à Domino suo filiam suam et hæredem alicui maritandi, tenetur Dominus aut consentire, aut justam causam ostendere quare consentire non debeat; aliter enim, etiam contra ipsius voluntatem poterit mulier ipsa de consilio patris sui et pro voluntate libere maritari. Juxta hoc quæro, si mulier aliqua, Dotem habens, possit alicui pro voluntate suâ sine assensu Warranti sui nubere; et si fecerit, utrum totum ob id amittet. Non enim videtur quod debeat ideo Dotem amittere, cum maritus suus inde nullum homagium Warranto suo de Jure et consuetudine regni facere debeat: sed cum affidatione fidelitatem tantum, ne si ante mortem viri sui mulier ipsa moriatur, homagium illud, nullo tenemento retento, periret. Tenetur tamen mulier cum assensu Warranti sui nubere; aut Dotem amittet, nisi mulier ipsa aliam terram habeat de maritagio vel hæreditate; tunc enim sufficit capitalis Domini habere assensum. Et hoc ideo

sic

ſic obtinet, non propter homagium, ſed pro aliâ fidelitate quam maritus Domino inde facere tenetur, ut dictum eſt. Si vero de Feodo plurium Dominorum ipſa fuerit hæreditas, tunc ſufficiet acquirere aſſenſum capitalis Domini ad mulierem hæredem maritandam. In Cuſtodiis autem conſtitutæ mulieres hæredes, ſi de corporibus ſuis forisfecerint, et hoc probatum fuerit, tunc illæ quæ deliquerunt exhæredabuntur; ita quod portiones ſuæ cæteris, quæ non forisfecerint, accreſcent. Si vero hoc modo omnes deliquerint, tunc tota illa hæreditas ipſis Dominis tanquam Eſcaeta remanebit. Veruntamen ſi ſemel legitime nuptæ fuerint, tunc ſi viduæ factæ fuerint, poſtmodum non tenebuntur iterum ſub Cuſtodiâ Dominorum eſſe; licet teneantur aſſenſum eorum requirere in ſe maritandis, prædictâ ratione; nec etiam tunc per earum incontinentiam hæreditatem amittent. Quod autem generaliter ſolet dici, putagium hæreditatem non [m] adimit; illud intelligendum eſt de putagio matris, quia filius hæres legitimus eſt quem nuptiæ demonſtrant.

CAP. 13.

Hæres autem legitimus nullus Baſtar-

[m] *amittit*; illud C.

dus, nec aliquis qui ex legitimo matrimonio non est procreatus, esse potest. Verum si quis versus aliquem hæreditatem aliquam tanquam hæres petat, et alius ei objiciat quod hæres inde esse non potest, eo quod ex legitimo matrimonio non sit natus; tunc quidem placitum illud in Curiâ domini Regis remanebit, et mandabitur Archiepiscopo vel Episcopo loci quod de matrimonio ipso cognoscat; et quod inde judicaverit, id domino Regi vel ejus Justiciis scire faciat, et per hoc breve.

CAP. 14.

Rex Archiepiscopo salutem: Veniens coram me W. in Curiâ meâ, petiit versus R. fratrem suum quartam partem Feodi unius militis in illâ villâ, sicut jus suum, et in quo idem R. jus non habet, ut W. dicit, eo quod ipse Bastardus sit, natus ante matrimonium matris ipsorum. Et quoniam ad Curiam meam non spectat agnoscere de Bastardiâ, eos ad vos mitto mandans ut in Curiâ Christianitatis inde faciatis quod ad vos spectat. Et cum loquela illa debitum coram vobis finem sortita fuerit, mihi litteris vestris significetis, quid inde coram vobis actum fuerit. T. &c.

CAP.

C A P. 15.

Circa hoc autem orta eſt quæſtio, ſi quis, antequam pater matrem ſuam deſponſaverit, fuerit genitus vel natus; utrum talis filius ſit legitimus hæres, cum poſtea matrem ſuam deſponſaverit. Et quidem, licet ſecundum Canones et leges Romanas talis filius ſit legitimus hæres, tamen ſecundum Jus et conſuetudinem regni nullo modo tanquam hæres in hæreditate ſuſtinetur, vel hæreditatem de Jure regni petere poteſt. Sed ortâ ſuper hoc tamen contentione, utrum ſcilicet genitus an natus erit ante deſponſationem, an poſt; diſcutietur id, ut dictum eſt, coram Judice eccleſiaſtico; et quod ab eo judicatum fuerit, id domino Regi vel ejus Juſticiis ſcire faciat: ita tamen quod ſecundum quod judicatum fuerit in Curiâ Chriſtianitatis de matrimonio, ſcilicet utrum fuerit ille, qui hæreditatem petit, natus vel genitus ante matrimonium contractum vel poſt, in Curiâ domini Regis ſupplebitur de [n] adjudicanda vel abjudicanda ipſi hæreditate, ſuper quâ contentio eſt; ita quod per judicium Curiæ hæreditatem ipſam obtinebit, vel clameum ſuum perdet.

[n] *ñẽganda vel adjudicanda* ipſi H. B. *judicanda vel abjudicanda* ipſi C.

CAP. 16.

Quæri poteſt de Baſtardo, qui nullum hæredem habere poteſt, niſi de corpore ſuo habuerit hæredem: Si quis ei pro ſervitio ſuo vel alio modo aliquam terram donaverit, et inde homagium ſuum receperit, ita quod in Seiſinâ ejuſdem terræ ſine hærede de corpore ſuo obierit; quis ei de jure ſuccedere debet, quia Dominus non poteſt prædictis rationibus? Cum quis vero inteſtatus deceſſerit, omnia catalla ſua ſui Domini eſſe intelliguntur: ſi vero plures habuerit Dominos, quilibet illorum catalla ſua recuperabit, quæ in Feodo ſuo reperiet. Uſurarii vero omnes res (ſive teſtatus ſive inteſtatus deceſſerit) domini Regis ſunt. Vivus autem non ſolet aliquis de crimine Uſuræ appellari nec convinci: ſed inter cæteras regias inquiſitiones ſolet inquiri et probari aliquem in tali crimine deceſſiſſe, per duodecim legales homines de vicineto et per eorum ſacramentum. Quo probato in Curiâ, omnes res mobiles et omnia catalla, quæ fuerunt ipſius uſurarii mortui, ad [o] uſus domini Regis capientur, penes quemcunque inveniantur res illæ; [p] hæres quoque ipſius hâc eâdem de

[o] *opus* domini C. [p] hæres quoque ipſius, hâc eâdem de cauſâ exhæredatur ſecundum Jus regni et ad Dominum vel Dominos revertetur hæreditas. *caret*. B.

cauſâ

causâ exhæredatur secundum Jus regni et ad Dominum vel Dominos revertetur hæreditas. Sciendum tamen, quod si quis aliquo tempore usurarius fuerit in vitâ suâ, et super hoc in patriâ publice defamatus; si tamen a delicto ipso ante mortem suam destiterit et penitentiam egerit, post mortem ipsius ille vel res ejus lege usurarii minime censebuntur. Oportet ergo constare quod usurarius decesserit aliquis, ad hoc ut de eo, tanquam de usurario, post mortem ipsius judicetur, et de rebus ipsius, tanquam de rebus usurarii, disponatur.

CAP. 17.

Ultimi hæredes aliquorum sunt eorum Domini. Cum quis ergo sine certo hærede moritur, quemadmodum sine filio, vel filiâ, vel sine tali hærede de quo dubium [q] sit ipsum esse propinquiorem hæredem et rectum, possunt [r] et solent Domini Feodorum Feoda illa, tanquam escaetas, in manus suas capere et retinere; quicunque sint Domini, sive Rex, sive alius. Præterea vero si quis veniens dicat se inde hæredem rectum; si per Misericordiam Domini sui, vel per præceptum domini Regis hoc impetrare poterit, [s] inde placitabit, et sic, si quod jus inde

[q] *non* additur. H. B. Ç. M. [r] et solent *caret*. C.
[s] inde placitabit, et sic, si quod jus inde habuerit, diracionare poterit; *caret*. B.

habuerit, diracionare poterit; ita tamen quod interim terra illa in manu Domini Feodi remaneat: quia quotienscunque dubitaverit aliquis Dominus de hærede tenentis sui, utrum sit rectus hæres an non, terram illam tenere poterit, donec hoc ei legitime constiterit. Idem quoque dictum est supra de hærede ubi dubium sit an sit major an minor: in hoc tamen est differentia, quod in uno casu intelligitur interim hæreditas illa quasi escaeta ipsius Domini; in alio vero casu non intelligitur esse sua, nisi de custodiâ. Sin autem nullus appareat qui hæreditatem ipsam tanquam hæres requirat, tunc ipsi Domino remanet hæreditas ipsa escaeta ad remanentiam; ita quod de illâ disponere potest, sicut de suâ propriâ, ad libitum suum. Præterea si [t] quæ mulier, ut hæres alicujus, in Custodiam Domini sui devenerit; si de corpore suo forisfecerit, hæreditas sua Domino suo [u] pro delicto ipsius remanet Escaeta. [w] Præterea si quis de feloniâ convictus fuerit, vel confessus in Curiâ, eo per Jus regni exhæredato, terra sua Domino suo remanet Escaeta. Notandum, quod si quis in capite de domino Rege tenuerit, tunc tam terra quam omnes res mobiles suæ

[t] *mulier aliqua* hæres C. B. [u] pro delicto ipsius *caret*. B. [w] Præterea si quis de feloniâ convictus fuerit, vel confessus in Curiâ, eo per Jus regni exhæredato, terra sua Domino suo remanet Escaeta. *caret*. B.

et

et catalla, penes quemcunque inveniantur, ad opus domini Regis capientur sine omni recuperatione alicujus hæredis. Sin autem de alio quam de Rege tenuerit is qui utlagatus est, vel de feloniâ convictus; tunc quoque omnes res suæ mobiles domini Regis erunt; terra quoque per unum annum remanebit in manu domini Regis: elapso autem anno, terra eadem ad rectum Dominum, scilicet ad ipsum de cujus Feodo est, revertetur; veruntamen cum domorum subversione et arborum extirpatione. Et generaliter quotiescunque aliquis aliquid fecerit vel dixerit in Curiâ, propter quod per judicium Curiæ exhæredatus fuerit, hæreditas ejus ad Dominum Feodi, de quo [x] illa tenetur, tanquam Escaeta solet reverti. [y] Forisfactura autem filii et hæredis alicujus patrem non exhæredat, neque fratrem, neque alium quam seipsum. Præterea si de furto fuerit aliquis condemnatus, res ejus mobiles et omnia catalla sua Vicecomiti provinciæ remanere solent; terram autem, si qua fuerit, Dominus Feodi recuperabit statim, non expectato anno. Cum quis vero per legem terræ fuerit utlagatus, et postmodum beneficio principis Paci restitutus, non

[x] *ille tenet*, tanquam C. B. [y] Forisfactura autem filii et hæredis alicujus patrem non exhæredat neque fratrem, neque alium quam seipsum. *caret*. B.

poterit eâ ratione hæreditatem, si quam habuerit ille vel hæredes sui, versus Dominum suum (nisi ex Misericordiâ ipsius Domini et beneficio) recuperare; forisfacturam autem et Utlagariam solet dominus Rex damnatis remittere, nec tamen aliena Jura ideo quærit infringere.

CAP. 18.

Maritagium autem aliud nominatur liberum, aliud servitio obnoxium. Liberum dicitur maritagium, quando aliquis liber homo aliquam partem terræ suæ dat cum aliquâ muliere alicui in maritagium; ita quod ab omni servitio terra illa sit quieta, et a se et hæredibus suis versus capitalem Dominum acquietanda. Et in hâc quidem libertate ita stabit terra illa usque ad tertium hæredem, [z] nec interim tenebuntur hæredes inde facere aliquod homagium: post tertium vero hæredem, ad debitum servitium terra ipsa revertetur et homagium inde capietur; quia, si fuerit pars Feodi militaris, pro quantitate terræ servitium Feodi inde prestabit. Solet autem quandoque terra aliqua dari in maritagium, salvo et retento debito servitio ipsi [a] capitali Domino; et tunc quidem tenebuntur maritus mulieris

[z] nec interim tenebuntur hæredes inde facere aliquod homagium: post tertium vero hæredem, *caret.* H. B.
[a] capitali *caret.* H. C. B. M.

ipsius

ipsius et heredes sui servitium illud facere, sed sine homagio, usque ad tertium hæredem. Tertius vero hæres primo inde faciat homagium et omnes hæredes sui postmodum. Alia tamen fidelitas, sub fidei vel sacramenti interpositione, a mulieribus vel earum hæredibus interim fere sub eâdem formâ et eisdem verbis, quibus homagium fieri solet, prestari debet. Cum quis itaque terram aliquam cum uxore suâ in maritagium ceperit, si ex eâdem uxore suâ hæredem habuerit filium vel filiam, clamantem et auditum infra quatuor parietes; si idem vir uxorem suam supervixerit, sive vixerit hæres sive non, illi in vitâ suâ remanet maritagium illud; post mortem vero ipsius ad donatorem vel ejus hæredes est reversurum. Sin autem ex uxore suâ nunquam habuerit hæredem, tunc statim post mortem uxoris ad donatorem vel hæredes ejus revertetur maritagium. Et hæc est quædam causa quare de maritagio tali non [c] solet recipi homagium. Si enim sic donata esset terra aliqua in maritagium [d] vel alio modo, quod inde reciperetur homagium; tunc nunquam de cætero ad donatorem vel ejus hæredes licite possit reverti, ut supradictum est. Si vero secundum ceperit virum mulier ipsa, idem ju-

[c] *debet nec* solet C. [d] vel alio modo, quod inde reciperetur homagium; *caret*. B.

dicium

dicium erit de secundo quod dictum est de primo, sive hæredem reliquerit primus sive non. Cum quis autem terram aliquam de maritagio uxoris suæ petit, vel mulier ipsa vel ejus hæres, tunc distinguitur utrum terra illa petatur versus donatorem vel ejus hæredem, [d] vel versus extraneum: quod si versus donatorem vel ejus hæredem petatur, tunc in electione petentis esse poterit, utrum inde placitare voluerit in Curiâ Christianitatis an in Curiâ seculari. Spectat enim ad Judicem ecclesiasticum placitum de maritagiis tractare, si pars petentis hoc elegerit, propter mutuam affidationem quæ fieri solet quando aliquis promittit se ducturum in uxorem aliquam mulierem, et ei maritagium promittitur ex parte mulieris: nec per Curiam domini Regis defendetur placitum illud in Curiâ Christianitatis, licet de laico Feodo sit, si constiterit quod ad maritagium petatur. Si vero versus extraneum petatur, tunc in laicâ Curiâ terminabitur placitum illud eodem modo et ordine quo de aliis laicis Feodis placitari solet: illo tamen observato, quod sine Warranto inde placitari non debet, sicut supra de Dotibus dictum est; et ad similitudinem placiti de Dotibus, quantum ad [e] Warrantum pertinet,

[d] vel versus extraneum: quod si versus donatorem vel ejus hæredem petatur, *caret*, B. [e] *Warrantiam* pertinet, C.

inde

inde placitari poteſt; et quæ ibi dicta fuerint, quantum ad hunc articulum, hic locum habent. Sciendum tamen, quod tertius hæres, cum jam ſuum inde fecerit homagium, ſine Warranti authoritate inde placitare [f] poteſt.

[f] *non* additur. H. C. B. M.

LIBER

LIBER OCTAVUS.

De Concordiâ factâ in Curiâ, et de Chirographis concordiam continentibus, et de Recordis Curiæ vel Curiarum, ſi alterutra partium concordiam et Finem factum in Curiâ infregerit.

CAP. I.

CONTINGIT autem multotiens, loquelas motas in Curiâ domini Regis per amicabilem compoſitionem et finalem Concordiam terminari, ſed ex conſenſu et licentiâ domini Regis, vel ejus Juſticiariorum, undecunque fuerit placitum, ſive de terrâ ſive de aliâ re. Solet autem plerunque Concordia talis in communem ſcripturam redigi et per communem aſſenſum partium; et per illam ſcripturam coram Juſticiis domini Regis in Banco reſidentibus recitari, et coram eis utrique parti, ſua ſcriptura per omnia alii concordans,

cordans, liberari a: et erit sub hâc formâ facta.

CAP. 2.

Hæc est finalis Concordia, facta in Curiâ domini Regis apud Westmonasterium in vigiliâ beati Petri Apostoli, anno regni Regis Henrici Secundi tricesimo tertio, coram Ranulpho de Glanvillâ Justiciario domini Regis, et coram H. R. W. et T. et aliis fidelibus domini Regis qui ibi tunc aderant, inter Priorem et Fratres Hospitalis de Hierusalem, et W. T. filium Normanum et Alanum filium suum, quem ipse attornavit in Curiâ domini Regis ad lucrandum et perdendum, de totâ terrâ illâ et de pertinentiis, exceptâ unâ bovatâ terræ et tribus toftis quas ipse W. tenuit: de quâ terrâ totâ (exceptâ prædictâ bovatâ et tribus toftis) placitum fuit inter eos in Curiâ domini Regis; scilicet quod prædictus W. et Alanus concedunt et testantur donationem quam Normanus pater ipsius W. ipsis inde fecit, et illam terram totam quietam clamant de se et hæredibus suis domui Hospitalis et præfato Priori et Fratribus in perpetuum: exceptâ unâ bovatâ terræ præfatâ et exceptis tribus toftis quæ remanent ipsi W. et Alano et hæredibus

a *Erit autem scriptura* sub C.

suis,

ſuis, tenendâ de domo Hoſpitali et prædicto Priore et Fratribus in perpetuum, et per liberum ſervitium quatuor denariorum per annum pro omni ſervitio. Et pro hâc conceſſione et teſtificatione et quietâ clamantiâ præfatus Prior et Fratres Hoſpitalis dederunt ipſi Wilhelmo et Alano centum ſolidos ſterlingorum: vel ſic.

CAP. 3.

Hæc eſt finalis concordia, facta in Curiâ Galfridi filii Petri, et poſtmodum recordata et [b] irrotulata in Curiâ domini Regis Weſtmonaſterii, anno regni Regis Henrici Secundi xxxiii. die lunæ proximâ poſt feſtum Apoſtolorum Simonis et Judæ, coram [c] E. Elienſi Epiſcopo et I. Norwienci Epiſcopo et R. de Glanvillâ Juſticiâ domini Regis et aliis fidelibus et familiaribus domini Regis ibi tunc præſentibus, inter prædictum G. filium Petri et R. filium Reginaldi de Advocatione Eccleſiæ omnium Sanctorum de [d] Shuldham, et de [e] communia paſturæ de [f] Heddon unde contentio fuerat inter eos; ſcilicet quod prædictus R. recognovit prædicto G.

[b] irrotulata *caret.* B. M. [c] *Ganfr. Eleen. Episc. J. Episc. Nortwic. R. de Glanville, &c. &c. anno* 1179, 25 *Hen. II. apud Vindeſoures. coeſt. Juſt. in itin.* additur. B. [d] *Soldebam,* et H. B. M. [e] *communi paſturâ* de B. [f] Hedune H.

ſicut

ficut [g] jus suum, Advocationem prædictæ Ecclesiæ, et quietam clamavit prædicto G. et hæredibus suis de se et hæredibus suis in perpetuum, si quid juris in Advocatione prædictæ Ecclesiæ habuerit. Præterea prædictus R. quietam clamat prædicto G. communiam pasturæ de Heddon; et omnes purpresturas quas G. fecerat in [h] Shuldham in frusseto et molendinis et [i] croftis et turbariis de [k] Shuldham, unde ipse R. nihil retinet, nisi quod opus fuerit ad comburendum in domo suâ sibi et hæredibus suis, sine aliquâ venditione; et omnes faldas forinsecas (exceptâ suâ propriâ) et precarias carucarum forinsecarum, et consuetudines gallinarum et ovorum. Et pro hâc concordiâ et quietâ clamantiâ dedit prædictus G. dicto R. viginti marcas [l] argenti. Et nota, quod dicitur talis Concordia finalis, eo quod finem imponit negotio, adeo ut neuter litigantium ab eâ de cætero poterit recedere. Alterutro enim non tenente vel non faciente quod convenit, et alterâ partium inde se conquerente; præcipietur Vicecomiti quod ponat eum per salvos plegios quod sit coram Justiciis domini Regis inde responsurus quare finem illum non tenuerit. Ita dico si

[g] jus suum, Advocationem prædictæ Ecclesiæ, et quietam clamavit prædicto G. et hæredibus suis *caret*. B.
[h] *Soldebam* in H. B. [i] *toftis* et B. [k] *Soldebam*, unde H. B. M. [l] *sterlingorum*. Et B.

alius

alius Vicecomitem securum fecerit de clamore suo prosequendo, et per hoc breve.

C A P. 4.

Rex Vicecomiti salutem: Præcipe N. quod juste et sine dilatione teneat Finem factum in Curiâ meâ inter ipsum et R. de unâ hidâ terræ in illâ villâ unde placitum fuit inter illos in Curiâ meâ; et nisi fecerit et prædictus R. fecerit te securum de clamore suo prosequendo, tunc pone eum per vadium et salvos plegios quod sit coram me vel Justiciis meis ostensurus eâ die quare non fecerit. Et habeas ibi hoc breve, Teste &c.

C A P. 5.

Die autem statutâ, si non venerit neque se essoniaverit, vel si post tria essonia neque venerit neque responsalem miserit, quid sit tunc faciendum patet per illum Tractatum qui supra positus est de loquelis, per plegios attachiatis, et per primum librum. Utroque vero præsente in Curiâ, si scripturam (Concordiam inter se factam continentem) utraque pars recognoverit, vel si per Justiciarios domini Regis, coram quibus Concordia ipsa facta fuit, Concordiam talem esse [m] proponitur in Curiâ, et hoc

[m] proponitur *caret.* C.

hoc per eorum [a] Recordum recte fuerit testatum; tunc is qui Concordiam ipsam infregit, remanebit in Misericordiâ domini Regis, et salvo attachiabitur quousq; securitatem invenerit bonam, quod Concordiam ipsam de cætero servabit, faciendo scilicet quod convenit, si id possibile sit, vel alias rationabile grantum adversarii faciendo. Necesse est enim, quod id quod aliquis in Curiâ domini Regis coram domino Rege vel ejus Justiciis recognoverit, vel quod se facturum in manum ceperit, teneat is qui id cognovit vel in manum cepit. Si vero fuerit Concordia talis facta super placito terræ, tunc is qui in Curiâ convictus fuerit, vel confessus Finem ipsum legitime non observasse; si tenens fuerit, terram ipsam eo ipso amittet: sin autem, loquelam ipsam. Sin autem et partes ipsæ, una vel utraque, Chirographo communi contradixerint, tunc summonebuntur iidem Justiciæ quod sint die quæ ad id eis prefigeretur in Curiâ, ad recordandum in Curiâ, quomodo loquela illa, quæ fuit coram eis in Curiâ domini Regis, inter illum et illum de tantâ terrâ in villâ illâ, quam ipse clamavit versus illum, remansit; et si illi inde coram eis per eorum licentiam concordati fuerint, sub quâ formâ Concordia illa facta fuerit. Verum

[a] *Concordiam* recte M.

distinguendum est, utrum Concordia illa facta fuerit in capitali Curiâ domini Regis, an coram Justiciis [p] itinerantibus. Quod si coram Justiciis itinerantibus facta fuerit, tunc [q] iidem Justiciæ summonebuntur, quod sint cum quibusdam discretis militibus de illo Comitatu, ubi facta fuerit Concordia illa, in Curiâ, qui Concordiæ ipsi interfuerint et rei veritatem sciant, ad faciendum tunc ibi Recordum illius loquelæ cum eisdem militibus, ad Curiam ex parte totius Comitatûs propter id faciendum transmittendis, et per hoc breve.

CAP. 6.

Rex Vicecomiti salutem: Summone per bonos summonitores illos N. et R. quod sint coram me vel Justiciis meis eâ die, ad recordandum cum discretis militibus de illo Comitatu quomodo loquela de unâ hidâ terræ quam N. clamavit versus R. in illâ villâ, et unde placitum fuit coram eis in itinere suo, remansit in Curiâ meâ. Præterea præcipietur Vicecomiti illius Comitatûs in quo fuerit terminata loquela coram Justiciis, quod habeat tunc Recordum illius loquelæ coram Rege vel ejus Justiciis per discretos mili-

[p] *errantibus.* Quod C. M. [q] *ita* summonebuntur, C. B.

tes

tes sui Comitatûs; quod fiet per breve infra scriptum de Recordo tali præsentando in Curiâ.

CAP. 7.

Rex Vicecomiti salutem: Præcipio tibi quod facias recordari in Comitatu tuo loquelam, quæ est inter illum et illum de tantâ terrâ in illâ villâ, &c. ut infra [r] Capitulo post proximum Capitulum.

CAP. 8.

Præsentibus itaque Justiciis in Curiâ, et in Recordo bene concordantibus, necesse est eorum Recordo stare, sine contradictione alterius partium, ut prædictum est. Si vero super hoc dubitaverint, ita quod non possint inde ascertari; tunc de novo placitum illud incipietur et deducetur in Curiâ.

CAP. 9.

Sciendum tamen quod nulla Curia Recordum habet generaliter præter Curiam domini Regis. In aliis enim Curiis si quis aliquid dixerit unde eum penituerit, poterit id negare contra totam Curiam

[r] capitulo post proximum capitulum. *caret.* C. M.

tertiâ manu cum sacramento, id se non dixisse affirmando, vel cum pluribus vel cum paucioribus, secundum consuetudinem diversarum Curiarum. In quibusdam tamen casibus habent Comitatus et aliæ Curiæ minores Recordum, per Assisam de Consilio [s] regni inde factam; quemadmodum si fuerit in Curiâ aliquâ minore vadiatum duellum, et postmodum transferatur loquela illa in Curiâ domini Regis; tunc de clameo petentis et de defenso tenentis, et de verbis de quibus duellum illud sit judicatum et vadiatum, Curia ipsa suum Recordum habebit, etiam in Curiâ domini Regis; sed de aliis non, nisi de escambio campionis. Si enim postquam translata fuerit loquela illa in Curiam domini Regis, producatur alius campio quam ille qui duellum vadiavit in Curiâ minore, et super hoc motâ contentione; de hoc quoque stabitur Recordo minoris Curiæ per Assisam [t] regni. Præterea sciendum quod Recordo minoris Curiæ potest quis adjicere, se amplius aliquid dixisse, quam in Recordo ipso contineatur; et se id in Curia dixisse, per sacramentum duorum legalium virorum vel plurium, secundum consuetudinem Curiæ, contra totam Curiam probare: quia non tenetur Curia aliqua Re-

[s] regni *caret.* H. C. B. [t] regni *caret.* C. B. M.

cordum

cordum ſuum per duellum vel probare vel defendere. Excipere autem quandam partem [u], concedere aliam, nulli licet, et hoc per Aſſiſam [w] regni; cum tamen totum Recordum negare poſſit ab initio, præſtito ſacramento ſub formâ præſcriptâ. Licet autem non teneatur Curia [x] Recordum ſuum per duellum defendere, tenetur tamen Judicium ſuum tueri [y] per duellum. Ut ſi quis proponat verſus Curiam aliquam ſe ei falſum Judicium feciſſe; et ideo falſum, quia cum unus ita dixerit et alius ita reſponſerit, Curia ipſa de his verbis et per hæc verba Judicium falſum ei fecit, et idem falſum Judicium ei reddidit per illum N. qui ſi hoc verſus eum negare voluerit, paratus ſit alius hoc verſus eundem probare, maxime per aliquem idoneum teſtem qui hoc paratus ſit dirationare. Sic utrinque poterit bene ad duellum inde perveniri. Sed utrum Curia ipſa teneatur per aliquem de Curiâ ſe defendere, vel per [z] alium extraneum hoc fieri poſſit, quæro. Et quidem tenetur ſe defendere maxime per illum qui Judicium id reddidit. Et quidem ſi Curia inde convicta fuerit, Dominus Curiæ in Miſericordiâ Regis remanet, et perpetuo Curiam amittit: præterea tota Curia in Miſericordiâ

[u] *Recordi* additur. M. [w] regni; *caret*. H. C. B. M. [x] *aliqua* additur. H. B. M. [y] per duellum. *caret*. H. B. M. [z] *aliquem* extraneum B.

domini Regis remanebit. Si vero calumniator in probatione defecerit, loquelam principalem eo ipso amittet: item Recordum potest habere quælibet Curia, ex beneficio principis; quemadmodum si dominus Rex aliquâ rationabili causâ motus, fecerit aliquam Curiam summoneri ad Recordum faciendum in Curiâ suâ; ita quod velit dominus Rex quod non liceat ejus Recordo contradici. Solet autem multotiens summoneri aliqua Curia, quod habeat Recordum alicujus loquelæ coram domino Rege vel ejus Justiciis, licet inde tale non habeat recordum cui contradici non possit; quia ex consensu partium poterit in loquelâ ipsâ per ipsum Recordum procedi: si Recordum illud tale esse [a] consenserint, fit summonitio inde per tale breve.

CAP. 10.

Rex Vicecomiti salutem: Præcipio tibi quod facias recordari in Comitatu tuo loquelam quæ est inter illum et illum de tantâ terrâ in villâ illâ; et habeas Recordum illius loquelæ coram me vel Justiciis meis ad illum terminum per quatuor legales milites, qui interfuerunt ad Recordum id faciendum. Et summone per bonos summonitores illum qui ter-

[a] *concesserint*, fit H. C. B.

ram

ram illam clamat, quod tunc sit ibi cum loquelâ suâ, et illum qui terram illam tenet, quod tunc sit ibi ad audiendum [b] illud. Et habeas, &c.

C A P. II.

Præterea Recordum habent minores Curiæ, de his quæ in eis facta sunt, in Curiâ domini Regis: quod contingit quando aliquis Baro habet aliquam loquelam in Curiâ [c] suâ, unde aliqua rationabilis dubitatio oriatur, ita quod Curia ipsa non sufficiat eam determinare; tunc potest Dominus ipse [d] Curiam suam ponere in Curiam domini Regis. Ita quod de dubitatione ipsâ consilium et assensum habeat Curiæ domini Regis quid inde de jure fieri debeat. Et hoc debet dominus Rex de jure Baronibus suis, scilicet quod ob talem causam possint sui Barones Curias suas sic in Curiam suam ponere; ita quod faciat eis habere in Curiâ suâ de peritis hominibus suis, qui eis super hoc consilium præstent. Cum autem in Curiâ domini Regis super dubitationibus suis fuerint certificati, poterint inde cum loquelâ suâ redire et ipsam in Curiâ

[b] *Recordum* additur. B. M. [c] suâ, *caret*. B.
[d] *loquelam* suam H. B.

riâ suâ deducere, et terminare. [e] Item Recordum habet Comitatus de plegiis datis et receptis in ipso Comitatu, et in similibus.

[e] *Idem* Recordum B.

LIBER

LIBER NONUS.

De homagiis et releviis, et servitiis, et auxiliis, et de purpresturis et limitibus invasis.

CAP. I.

PRÆDICTIS restat continuandum de homagiis faciendis et releviis recipiendis. Mortuo siquidem patre vel alio quocunque alicujus antecessore, tenetur Dominus Feodi ab initio recipere homagium recti hæredis, sive fuerit infra ætatem hæres ipse sive plenam habuerit ætatem, dummodo masculus sit. Fæminæ enim nullum homagium facere possunt de jure, licet plerunque fidelitatem Dominis suis præstare soleant. Veruntamen si fuerint maritatæ, mariti earum homagium Dominis suis de Feodo illarum facere debent; ita dico si Feoda illa homagium debeant. Sin autem hæres masculus fuerit et minor, nullam de jure vel de ipso hærede vel de tenemento suo habere

bere debet Custodiam Dominus Feodi, donec ipsius hæredis receperit homagium [a]; quia generaliter verum est quod nullum servitium, sive relevium, sive aliud, potest quis ab hærede, sive fuerit major sive minor, exigere, donec ipsius hæredis receperit homagium de tenemento unde servitium habere clamat. Potest autem quis plura homagia diversis Dominis facere de [b] Feodis diversis diversorum Dominorum: sed unum eorum oportet esse præcipuum, et cum ligeanciâ factum; illi scilicet Domino faciendum, a quo tenet suum capitale tenementum is qui homagium facere debet. Fieri autem debet homagium sub hâc formâ, scilicet ut is qui homagium facere debet ita fiat [c] homo Domini sui, quod fidem illi portet de illo tenemento unde homagium suum præstat, et quod ejus in omnibus terrenum honorem servet, salvâ fide debitâ domino Regi et hæredibus suis. Ex hoc liquet quod vassallus non potest Dominum suum infestare, salvâ fide homagii sui; nisi forte se defendendo, vel nisi ex præcepto principis cum eo iverit contra Dominum [d] suum in exercitum. Et generaliter nihil de jure facere potest quis salvâ fide homagii, quod vertat ad exhæredationem Domini sui, vel ad dedecus corporis sui.

a *de tenemento* additur. B. b *Feodo* diverforum H. B. c *homagium* Domini C. d *Regem* in H. B.

Si

Si quis ergo plura homagia pro diverſis Feodis ſuis fecerit diverſis Dominis, qui ſe invicem infeſtent; ſi capitalis Dominus ejus ei præceperit quod ſecum in propriâ perſonâ ſuâ eat contra alium Dominum ſuum, oportet eum ejus præcepto in hoc obtemperare, ſalvo tamen ſervitio alterius domini de Feodo quod de eo tenet. Patet itaque ex prædictis, quod ſi quis aliquid ad exhæredationem Domini ſui fecerit, et ſuper hoc convictus fuerit, feodum quod de eo tenet de jure amittet et hæredes ejus. Idem quoque erit ſi manus violentas quis in Dominum ſuum injecerit eum lędendo vel atroci injuriâ afficiendo, et hoc fuerit in Curiâ verſus eum [e] legitime comprobatum. Sed utrum in Curiâ Domini ſui teneatur quis ſe defendere verſus Dominum ſuum de talibus objectis, quæro; et utrum Dominus ſuus poſſit eum ad id faciendum diſtringere per conſiderationem Curiæ ſuæ, ſine præcepto domini Regis vel ejus Juſticiarum, vel ſine brevi domini Regis vel ejus capitalis Juſticiæ? Et quidem de jure poterit quis hominem ſuum, per judicium Curiæ ſuæ, deducere et diſtringere ad Curiam ſuam venire. Et niſi ſe verſus Dominum ſuum tertiâ manu, vel quotâ Curia ſua conſideraverit, poſſit ſe purgare, in Miſericordiâ Domi-

[e] *competenter probatum.* Sed C.

ni

ni sui de toto Feodo quod de eo tenet remanebit. Item quæro, utrum Dominus possit distringere hominem suum veniendi in Curiam suam ad respondendum de servitio, unde Dominus suus queritur quod ei deforciat vel quod aliquid de servitio suo ei a retro sit? Et quidem bene poterit de jure hoc facere, etiam sine præcepto Regis vel ejus Justiciarum. Et ita poterit inter Dominum et hominem suum inde ad duellum vel ad magnam Assisam perveniri, per aliquem parium suorum qui de hoc testem se faciat, sicut ille qui viderit ipsum tenentem vel antecessores suos fecisse servitium id de Feodo illo ipsi Domino vel antecessoribus suis, et hoc paratus sit diracionare. Si vero super hoc convictus fuerit tenens ipse, de jure de toto Feodo, quod de Domino illo suo tenet, exhæredabitur. Sin autem non poterit quis tenentes suos justiciare, tunc demum ad Curiæ refugium erit necessarium decurrere. Potest autem homo liber masculus homagium facere, tam is qui ætatem habet quam is qui infra ætatem est, tam Clericus quam laicus. Episcopi vero consecrati homagium facere non solent domino Regi, etiam de Baroniis suis; sed fidelitatem, cum juramentis interpositis, ipsi præstare solent. Electi vero in Episcopos, ante consecrationem suam, homagia sua facere solent.

C A P.

CAP. 2.

Fiunt autem homagia de terris et tenementis liberis tantummodo de servitiis de redditibus certis, assignatis in denariis [f] et in aliis rebus: Pro solo vero Domino fieri non debent homagia alicui, excepto principe. Verum de omnibus terris non semper fieri debet homagium; quia non de Dotibus, nec de maritagiis liberis, nec de Feodo juniorum sororum, de primogenitâ tenentium, infra tertium hæredem utrobique; nec de Feodo in liberam eleemosinam dato, nec de aliquo tenemento dato quocunque modo in maritagium, quantum ad personam viri mulieris, cujus illud sit maritagium.

CAP. 3.

Fieri autem possunt homagia libero homini tam masculo quam fæminæ, tam majori quam minori, tam Clerico quam laico. Sciendum tamen quod si quis homagium fecerit mulieri de aliquo tenemento, quæ postea nupserit alicui viro; tenebitur vir ille eidem marito homagium facere de eodem tenemento. Quæri autem potest si quis aliquod tenementum versus aliquem per Concordiam factam in

f *vel* in B.

Curiâ

Curiâ diracionaverit, qui tenementum id prius releviaverit versus capitalem Dominum; utrum ille, qui diracionavit, debeat tenementum illud [g] releviare.

CAP. 4.

Mutua quidem debet esse dominii et homagii fidelitatis connexio, ita quod quantum homo debet Domino ex homagio, tantum illi debet Dominus ex Dominio [h] præter solam reverentiam. Unde si aliquis alicui donaverit aliquod tenementum pro servitio et homagio suo, quod postea alius versus eum diracionaverit, tenebitur quidem Dominus tenementum id ei warrantizare vel competens escambium ei reddere. Secus est tamen de eo qui de alio tenet Feodum suum sicut hæreditatem suam, et unde fecerit homagium; quia licet is terram illam amittat, non tenebitur ei Dominus ad escambium. Mortuo vero patre vel antecessore alicujus ut prædictum est, et hærede relicto qui infra ætatem sit, nullum jus habet Dominus Feodi in Custodiâ hæredis vel hæreditatis, nisi prius recepto homagio hæredis. Recepto vero homagio, in Custodiâ ipsius Domini remanebit hæres ipse cum hæreditate suâ sub formâ prædictâ, donec

[g] *iterum* additur, B. *interim* additur, M. [h] *propter* solam H. B.

plenam

plenam habuerit ætatem. Tandem vero eodem ad ætatem perveniente, et factâ ei hæreditatis restitutione, quietus erit à relevio ratione custodiæ. Mulier vero hæres alicujus relicta, sive plenam habuerit ætatem sive infra ætatem fuerit, in custodiâ Domini sui remanebit, donec de consilio Domini sui maritetur. Verum si infra ætatem fuerit, quando Dominus suus in Custodiam illam receperit, tunc ipsâ maritatâ quieta erit hæreditas illa a relevio, quantum ad se et quantum ad virum suum. Sin autem habuerit ætatem eo tempore, licet aliquamdiu in Custodiâ Domini sui remaneat antequam maritetur, relevium tamen dabit maritus suus qui illam in uxorem duxerit. Semel autem præstitum Relevium a marito alicujus mulieris, utrumque, scilicet tam maritum quam uxorem, totâ vitâ suâ de Relevio ipsius hæreditatis acquietabit: quia nec mulier ipsa nec secundus maritus suus, si secundo nupserit, præmortuo viro suo, nec primus maritus suus, præmortuâ uxore suâ, terram illam iterum relevia-bit. Cum autem hæres masculus et notus hæres, ætatem habens, relinquatur, in suâ hæreditate se tenebit, ut supradictum est, etiam invito Domino; dum tamen Domino suo, sicut tenetur, suum offerat homagium coram probis hominibus, et suum rationabile Relevium. Dicitur autem rationabile Relevium alicujus, juxta consuedudinem

consuetudinem regni, de Feodo unius militis centum solidi; de Socagio vero quantum valet census illius Socagii per unum annum. De Baroniis vero nihil certum statutum est, quia juxta voluntatem et Misericordiam domini Regis solent Baroniæ capitales de Releviis suis domino Regi satisfacere. Idem est de [1] Serjanteriis. Si vero Dominus ipse nec homagium nec rationabile Relevium ipsius hæredis velit recipere, tunc Relevium ipsum salvo custodiat, et per probos homines id sæpius Domino suo offerat. Qui si nullatenus id recipere voluerit, tunc hæres ipse de Domino suo domino Regi vel ejus Justiciis conqueratur, et tale breve inde habebit.

Huic incertitudini medeturMagna Carta c. 2.

CAP. 5.

Rex Vicecomiti salutem: Præcipe N. quod juste et sine dilatione recipiat homagium et rationabile Relevium R. de libero tenemento quod tenet in illâ villâ, et quod de eo tenere clamat: et nisi fecerit, summone eum per bonos summonitores quod sit coram me vel Justiciis meis, eâ die ostensurus quare non fecerit. Et habeas ibi summonitores et hoc breve T. &c.

[1] *Serjantiis.* Si C.

CAP.

C A P. 6.

De absentiâ siquidem ipsius summoniti quomodo sit judicandum, vel qualiter ad Curiam venire idem distringendus sit, ex prædictis colligi potest. Tandem vero ad Curiam veniens, aut recognoscet illum ad rectum hæredem, aut negabit eum inde esse hæredem, aut dubitabit utrum sit rectus hæres an non. Item si recognoscat eum hæredem, aut negabit eundem sibi obtulisse homagium suum et rationabile relevium, aut id confitebitur. Si itaque id totum sic confiteatur, aut statim recipiet homagium et rationabile relevium ipsius in Curiâ, aut ei diem competentem dabit qua id faciet. Idem quoque dicendum est, etsi negaverit eum obtulisse sibi homagium suum vel relevium, dummodo recognoscat eum ad hæredem. Sin autem precise negaverit eum esse hæredem, tunc quidem, si extra seisinam esset, posset quidem Assisam versus Dominum suum quærere de morte antecessoris sui. Veruntamen si in Seisinâ sit, ita in Seisinâ se teneat et patienter sustineat, donec placeat Domino suo homagium suum inde recipere; quia non prius tenetur quis de relevio suo Domino suo respondere, donec ipse homagium suum receperit de Feodo unde ei debet homagium. Si vero dubitaverit Dominus

nus ipſe utrum rectus hæres fuit an non, qui homagium ſuum ei offert, quemadmodum ſi non fuerit hæres notus ab ipſo Domino vel etiam a vicineto tanquam hæres, tunc poterit quidem Dominus Feodi terram illam in manum ſuam capere et retinere donec id clarius conſtet ei; id quod dominus Rex de cunctis [i] Baroniis ſuis capitalibus facere ſolet. Mortuo enim aliquo capitali Barone ſuo, ſtatim Baroniam in manu ſuâ retinet Rex, donec hæres [k] garantum ſuum fecerit de relevio, licet hæres ipſe plenam habuerit ætatem. Poſſunt autem Domini ex rationabili cauſâ receptiones homagiorum et relevii de Feodis ſuis quandoque differre; veluti ſi alius quam is qui ſe facit hæredem, clamet jus in hæreditate ſuâ; pendente enim lite, non debet inde recipi homagium, vel dari relevium: aut ſi Dominus ipſe jus ſe credit habere tenendi hæreditatem ipſam in Dominico ſuo. Et tunc quidem ſi placitaverit inde verſus illum, qui in Seiſina eſt, per breve domini Regis vel ejus Juſticiarum, poterit tenens ipſe ponere ſe in magnam Aſſiſam domini Regis, quæ ſub quâ formâ procedere debeat in ſecundo libro ſupra explicitum eſt, niſi quia de quibuſdam articulis ſit hic quædam variatio,

[i] *Baronibus* ſuis M. C. B. M.

[k] *grantum* ſuum H.

quod

quod ex hoc brevi ad id faciendum liquet.

C A P. 7.

Rex Vicecomiti salutem. Summone per bonos summonitores quatuor legales milites de vicineto illius villæ, quod sint coram me vel Justiciis meis eâ die ibi ad eligendum super sacramentum suum duodecim, &c. qui melius rei veritatem sciant, [1] et dicere velint, ad faciendam recognitionem, utrum N. majus jus habet tenendi unam hydam terræ in illâ villa de T. vel ipse R. tenendi eam in Dominico suo, quam ipse R. petit per breve meum versus prædictum N. et unde N. qui terram illam tenet, posuit se in Assisam meam, et petit recognitionem fieri, utrum ille majus jus habeat tenendi terram illam in Dominico, vel prædictus N. tenendi de eo. Et summone per bonos summonitores prædictum N. qui terram illam tenet, quod tunc sit ibi auditurus illam electionem. Et habeas ibi, &c. T. &c.

C A P. 8.

Postquam vero convenerit inter Dominum et hæredem tenentis sui de rationabili relevio dando et recipiendo, poterit idem hæres rationabilia auxilia de hominibus suis inde exigere; ita tamen mode-

[1] et dicere velint, *caret*. C.

rate secundum quantitatem Feodorum suorum et secundum facultates, ne nimis gravari inde videantur, vel suum contenementum amittere. Nihil autem certum statutum est de hujusmodi auxiliis dandis vel exigendis, nisi ut prædicta forma inviolabiliter observetur. Sunt præterea alii casus in quibus licet Dominis auxilia similia, sed sub formâ præscriptâ, exigere ab hominibus suis: veluti si filius et hæres suus miles fiat, vel si primogenitam filiam suam maritaverit. Utrum vero ad [m] guerram suam manutenendam possint Domini hujusmodi auxilia exigere, quæro. Obtinet autem quod non possunt ad id tenentes distringere de jure, nisi quatenus facere velint. Possunt autem Domini tenentes suos ad hujusmodi rationabilia auxilia reddenda etiam suo jure, sine præcepto domini Regis vel ejus Capitalis Justiciæ, per judicium Curiæ suæ distringere per catalla quæ in ipsis Feodis invenerint, vel per ipsa Feoda si opus fuerit: ita tamen quod ipsi tenentes inde deducantur juste secundum considerationem Curiæ suæ et consuetudinem rationabilem. Si ergo ad hujusmodi auxilia rationabilia reddenda posset aliquis Dominus [n] tenentes suos ita distringere, multo fortius districtionem eo modo licite poterit facere pro ipso relevio

Quid fuerit rationabile auxilium, definitum est statuto W. primi c. 35.

[m] *werram* suam C. M. [n] *homines* suos B.

suo,

ſuo, vel pro [o] neceſſario ſervitio ſuo de Feodo ſuo ſibi debito. Verum ſi Dominus potens non fuerit tenentem ſuum pro ſervitiis ſuis vel conſuetudinibus juſticiare; tunc decurrendum erit ei ad auxilium [p] Regis vel Capitalis Juſticiæ, et tale breve inde habebit.

C A P. 9.

Rex Vicecomiti ſalutem: Præcipio tibi quod juſticies N. quod juſte et ſine dilatione faciat R. conſuetudines et recta ſervitia quæ ei facere debet de tenemento ſuo, quod de eo tenet in illâ villâ, ſicut rationabiliter monſtrare poterit eum ſibi deberi, ne oporteat eum amplius inde conqueri pro defectu [q] recti T. &c.

C A P. 10.

Sequitur autem placitum per hoc breve: is qui queritur in Comitatu coram Vicecomite, et ſervitia ſua in releviis vel in aliis rebus juxta conſuetudinem illius Comitatus exiget. Et ſi jus ſuum inde dirationaverit, adverſa pars rationabile relevium ſuum ipſi Domino ſuo reddet, et præterea in Miſericordiâ Vicecomitis [r] erit: quia generaliter [ſ] verum eſt, quod

[o] *alio* additur C. [p] *regium* vel H. C. B. M.
[q] *juſticiæ* T. H. C. B. M. [r] *remanebit;* quia B.
[ſ] verum eſt, quod *caret.* H. C. B.

de quolibet placito quod in Comitatu deducitur et terminatur, Misericordia quæ inde provenit Vicecomiti debetur: quæ quanta esse debeat, per nullam Assisam generalem determinatum est; sed, pro consuetudine singulorum Comitatuum, debetur in quodam Comitatu plus, in quodam minus.

CAP. II.

Sequitur autem de purpresturis. Dicitur autem purprestura vel porprestura proprie, quando aliquid super dominum Regem injuste occupatur, ut in Dominicis regiis, vel in viis publicis obstructis, vel in aquis publicis [t] transversis a recto cursu, vel quando aliquis in civitate [u] super regiam plateam aliquid edificando occupaverit. Et generaliter quotiens aliquid fit ad nocumentum regii tenementi, vel regiæ viæ vel civitatis, placitum inde ad Coronam domini Regis pertinet. Inquiruntur autem hujusmodi purpresturæ, vel in capitali Curiâ, vel coram Justiciis Regis ad tales inquisitiones faciendas in diversas regni partes transmissis, per juratam patriæ sive viceneti. Et qui per juratam ipsam aliquam hujusmodi fecisse purpresturam convictus fue-

[t] *trestornatis* a H. C. B. M. [u] *domini Regis* additur. B.

rit,

rit, in Misericordiâ domini Regis remanebit de toto Feodo quod de eo tenet, et quod occupavit, reddet; et si in civitate super regiam plateam edificando occupasse convictus fuerit, edificia quoque illa domino Regi remanebunt, illa scilicet quæ in territorio regio probata fuerint constructa; et nihilominus in Misericordiâ domini Regis remanebit. Est autem Misericordia domini Regis quâ quis per juramentum legalium hominum de vicineto eatenus amerciandus est, ne aliquid de suo honorabili contenemento amittat. Cum quis contra alium quam contra Regem purpresturam fecerit, aut contra Dominum suum [w] facit, aut contra alium. Si contra Dominum suum, et non infra Assisam, tunc distringetur ipse occupator, quod ad Curiam Domini sui veniat id ad resciaturus: ita dico si aliud habuerit de eo tenementum, et per hoc breve.

CAP. 12.

Rex Vicecomiti salutem: Præcipio tibi quod justicies N. quod [x] sine dilatione veniat in Curiâ I. Domini sui, et ibi stet ei ad rectum de libero tenemento suo quod super eum occupavit, ut dicit, ne oporteat &c, T. &c.

[w] facit, aut contra alium. Si contra Dominum suum, *caret*. H. B. [x] *juste et* additur. B.

CAP. 13.

Qui si super hoc convictus fuerit in Curiâ Domini sui, tenementum illud, quod de illo Domino suo tenuerit, sine recuperatione amittet. Sin autem nullum aliud tenementum de eodem Domino habuerit, tunc Dominus ipse versus eum placitabit in Curiâ capitalis Domini per breve de Recto. Similiter si quis super aliquem [y] non Dominum suum aliquid in hunc modum occupaverit, et non infra Assisam, per breve de Recto inde placitabit. Si autem infra Assisam hæc facta fuerint, tunc locum habet recognitio de novâ disseisinâ ad recuperandam Seisinam, unde infra dicetur. In hujusmodi purpresturis faciendis, quandoque invaduntur ipsi limites terrarum et per occupationem exceduntur; et tunc alterutro vicinorum super hoc conquerente in Curiâ, præcipietur quidem Vicecomiti, quod coram eo per legales homines de vicineto fiat visus illorum limitum, et per eorum sacramentum faciat eos esse sicut esse debent, et esse solebant tempore Regis H. avi domini Regis, et per hoc breve.

[y] non *caret*. H. B.

CAP. 14.

Rex Vicecomiti salutem: Præcipio tibi quod juste et sine dilatione facias esse rationabiles divisas inter terram R. in illâ villâ, et terram Ade de Byri, sicut esse debent et esse solent, et sicut fuerunt tempore Regis H. avi [z] mei, unde R. queritur quod Adam injuste et sine judicio occupavit plus inde quam pertinet ad liberum tenementum suum de Byri; ne amplius inde clamorem audiam pro defectu Justitiæ, T. &c.

[z] *domini Regis*, unde C. B.

LIBER

LIBER DECIMUS.

De Debitis laicorum quæ debentur ex diverſis contractibus, videlicet ex venditione, emptione, donatione, mutuo, commodato, locato, conducto, et de plegiis et vadiis ſive mobilibus ſive immobilibus et de Cartis debita continentibus.

CAP. 1.

PLACITUM quoque de Debitis laicorum ſpectat ad Coronam et dignitatem domini Regis. Cum quis itaque de Debito quod ſibi debetur Curiæ queritur, ſi placitum illud ad Curiam Regis trahere poſſit, tale breve de primâ ſummonitione faciendâ habebit.

CAP. 2.

Rex Vicecomiti ſalutem: Præcipe N. quod juſte et ſine dilatione reddat R. centum

tum marcas quas ei debet, ut dicit, et unde queritur quod ipse ei injuste deforciat. Et nisi fecerit, summone eum per bonos summonitores, quod sit coram me vel Justiciis meis apud Westmonasterium a clauso Paschæ in quindecim dies, ostensurus quare non fecerit. Et habeas ibi summonitores et hoc breve T. &c.

C A P. 3.

De absentiâ quidem utrjusque partis qualiter judicandum sit, vel de defaltâ ante litis ingressum, in superioribus satis dictum est. Illud tamen notandum est quod non solet Curia Regis aliquam districtionem facere ad [a] justificandum aliquem per catalla, quod ad Curiam veniat pro aliquo placito. Ergo in tali placito, de consilio Curiæ potest quis distringi per Feodum suum, vel per plegiorum attachiamentum, sicut in aliis placitis fieri solet. Utroque vero existente in Curiâ, is qui petit pluribus ex causis debitum petere potest. Aut enim debetur ei quid ex causâ mutui, aut ex causâ venditionis, aut ex commodato, aut ex locato, aut ex deposito, aut ex aliâ justâ debendi causâ. Ex causâ mutui debetur aliquid, cum quis credit alii aliquid tale quod consistit in numero vel pondere vel

[a] *justiciandum* aliquem C.

mensurâ.

mensurâ. Cum quis itaque aliquid tale crediderit, si plus eo receperit, Usuram facit; et si in tali crimine obierit, damnabitur tanquam usurarius per legem terræ, unde superius dictum est plenius. Cum quid autem creditur alicui, solet illud plerunque credi sub plegiorum datione; quandoque sub vadii positione; quandoque sub fidei interpositione; quandoque sub Cartæ expositione; quandoque etiam sub plurium istorum simul securitate. Cum ergo aliquid debetur sub plegiorum datione tantum, si principalis debitor ita inde defecerit quod non habeat unde solvere possit, tunc demum recurrendum erit ad plegios, et inde summonebuntur per tale breve.

CAP. 4.

Rex Vicecomiti salutem: Præcipe N. quod juste et sine dilatione acquietet R. de centum marcis versus N. unde eum [b] applegiavit ut dicit, et unde queritur quod eum non acquietavit inde. Et nisi fecerit, summone eum per bonos summonitores, &c.

CAP. 5.

Apparentibus siquidem plegiis in Cu-

[b] *plegiavit* ut C. B. M.

riâ,

riâ, aut confitentur suam plegiationem aut negant. Si confiteantur, tunc autem tenentur creditori inde satisfacere ad terminos competentes ei in Curiâ ad id assignatos; vel se ab illâ plegiatione per solutionem vel alio modo legitimo acquietasse, tenentur legitime probare. Tenentur autem plegii, si plures fuerint, singuli in totum, nisi aliter convenerit quando se plegios inde fecerunt, et ad inde satisfaciendum simul sunt distringendi. Ita quod si plures dati fuerint plegii, et aliquis vel aliqui eorum non habeant unde reddere possunt, ipsum onus acquietanciæ ad cæteros vel in totum, vel in quantum ipsi defecerint, spectabit. Verum si de debitore aliquo plegiando plegii pro certis partibus dati fuerint, quicquid de quibusdam eorum plegiorum contigerit, reliqui non nisi pro partibus suis inde respondere cogentur. Poterit ergo ex hoc esse contentio quandoque inter creditorem et plegios, quandoque inter ipsos plegios, si plegius aliquis dicat se de minori summâ plegiasse principalem debitorem, et contra eum dicatur quod de majori. Cum enim singuli plegii de certis partibus constituuntur, tunc necesse habet ipse creditor cum illo agere qui minus confitetur se debere ex suâ plegiatione quam debeat. Sin autem quidam eorum in totum, quidam de certis partibus constituantur plegii; tunc

tunc quidem necesse erit illis qui in totum plegiaverint, agere cum illis qui minus quam inde debent confitentur se debere. Quod qualiter probari debeat, ex sequentibus liquebit. Soluto vero eo quod debetur ab ipsis plegiis, recuperare inde poterint ad principalem debitorem, si postea habuerit unde eis satisfacere possit, per principale placitum de debitis, unde inferius dicetur. Sciendum tamen quod si quis alium plegiaverit de stando ad rectum in aliquâ loquelâ, et pro defaltâ ipsius quem plegiaverit in Misericordiam inciderit, ita quod ob illam causam aliquid persolverit, super hoc de cætero nil recuperare poterit versus illum quem plegiavit. Quicunque autem alium plegiaverit de stando ad rectum de aliquo placito quod pertinet ad Coronam domini Regis, ut de Pace domini Regis infractâ, vel de alio, si non habuerit eum ad rectum, pro plegiatione illâ incidet in Misericordiam domini Regis, quæ qualis sit superius dictum est; et per hoc liberabitur ab illâ plegiatione. Sin autem plegii ipsi plegiationem in Curiâ negaverint, tunc, si plures fuerint inde dati plegii, aut omnes negant plegiationem illam, aut quidam confitentur et quidam negant. Si vero quidam confitentur et quidam negant, tunc placitum inde esse poterit, tum inter ipsum creditorem et plegios, tum inter plegios confitentes et plegios negantes,

negantes, secundum quod supradictum est. Quæ vero diracionatio inde exigatur, inter quoscunque placitum illud vertatur, quæro; utrum scilicet per duellum fieri debeat an alio modo, vel utrum scilicet plegii, per juramentum tot hominum quot Curia exigit, plegiationem ipsam possint negare. Dicunt autem ad hoc quidam, quod creditor ipse, suo et legitimorum testium juramento, poterit hoc de jure probare versus ipsos plegios, nisi plegii ipsi eum velint a sacramento levare; nunc, quando petens ipse paratus accedit ad faciendum [c] sacramentum; olim vero oportuit hoc fieri ante legem vadiatam. Sic ergo in tali casu potest inde perveniri ad duellum.

CAP. 6.

Creditur quoque mutuo res aliqua sub vadii positione; quod cum sit, quandoque res mobiles, ut catalla, ponuntur in [d] vadium, quandoque res immobiles, ut terræ et tenementa et redditus, sive in denariis sive in aliis rebus consistentes. Item cum inter creditorem et debitorem convenerit de vadio interponendo cujuscunque modi res invadiata sit; debitor ipse aut statim ipsi creditori facit habere

[c] *juramentum*; olim C. [d] *vadimonium*, quandoque B.

sui

ſui vadii ſeiſinam, poſtquam ſibi rem mutuo datam accepit, aut non. Item invadiatur res quandoque ad terminum, quandoque ſine termino. Item quandoque invadiatur res aliqua in mortuo vadio, quandoque non. Mortuum vadium dicitur illud cujus fructus vel redditus interim percepti in nullo ſe acquietant. Cum itaque res mobiles ponuntur in vadium, ita quod creditori inde [e] fiat ſeiſina, et ad certum terminum; ſalvo tenetur creditor vadium illud cuſtodire, ita quod nec eo utatur, vel quocunque modo tractet illud quare deterius efficiatur. Sin autem in cuſtodiâ deterius factum fuerit infra terminum [f] per culpam creditoris, computabitur in debitum ei ad valentiam ipſius deteriorationis. Præterea, ſi res talis fuerit, quod expenſas exigat et cuſtum neceſſarium, veluti ut paſcatur, vel reficiatur, ſecundum quod convenerit inde inter creditorem et debitorem ſervabitur inter eos. Præterea, cum ad certum terminum res aliqua ponatur in vadium, aut ita convenit inter creditorem et debitorem, quod ſi ad terminum illum vadium ſuum non acquietaverit [g] debitor ipſe, tunc vadium ipſum remanebit ipſi creditori, ita quod negotium ſuum, ſicut de ſuo, inde faciat;

[e] *facit Seiſinam*, et M. [f] per culpam creditoris, *caret.* M. [g] debitor *caret.* C. B.

aut

aut nihil tale inter eos convenit. In priori casu stabitur conventioni: in secundo, existente termino, si fuerit debitor in morâ solvendi debitum, poterit creditor se inde conqueri, et justiciabitur [g] debitor ut ad Curiam veniat et inde respondeat, et per hoc breve.

CAP. 7.

Rex Vicecomiti salutem: Præcipe N. quod juste et sine dilatione acquietet rem illam quam invadiavit R. pro centum marcis usque ad terminum qui præteriit, ut dicit, et unde queritur quod eam nondum acquietavit; et nisi fecerit, &c.

CAP. 8.

Qualiter autem distringendus sit ut ad Curiam veniat, utrum pet ipsum vadium an alio modo, quæro. Illud autem relinqui potest consilio Curiæ, quia utrolibet modo potest res satis competenter expediri. Oportet enim quod aliquando præsens sit in Curiâ antequam res sua creditori clametur quieta: possit enim præsens aliquid dicere quare res ipsa creditori non remaneret quieta. Existens vero in Curiâ debitor ipse, aut confitetur se rem illam in vadium pro debito illo posuisse, aut negat. Si confitetur, quia

[g] debitor *caret*. C. B.

eo ipso confitetur debitum, præcipietur ei quod ad rationabilem terminum vadium ipsum acquietet; et nisi fecerit, dabitur licentia ipsi creditori de cætero negotium suum de vadio ipso, sicut de propriâ re, facere quomodo voluerit. Sin autem id neget, tunc rem ipsam aut dicit suam esse, sed aliquâ de causâ ab ejus decidisse possessione, et alium in possessione constitutum ut ex commodato aut ex Commendatione, custodiæ causâ, aut aliâ hujusmodi causâ; aut in Curiâ eandem rem suam non esse confitebitur: quod si fecerit, dabitur statim licentia ipsi creditori de re ipsâ ut de propriâ disponere. Si vero rem illam suam esse dicat, sed neget tam vadium quam debitum; tunc tenebitur ipse creditor probare versus eum quod tantum ei credidit quantum est in demandâ suâ, et quod rem ipsam ei inde nominatim in vadium posuit. Qualis enim dirationatio inde esse debeat, ex prædictis patere potest, quæ supradicta sunt de plegiis qui plegiationem suam negant. Ante terminum vero debitum peti minime potest. Si vero non ad aliquem terminum sed sine termino res aliqua invadietur, quocunque tempore voluerit creditor, debitum petere potest. Soluto autem eo quod debetur ab ipso debitore, tenetur ipse creditor rem invadiatam ei sine aliquâ deterioratione restituere: [h] nec

[h] *ut* si C.

si res

si res illa aliquo casu amissa fuerit aut deteriorata in custodiâ, per id versus debitorem minime liberabitur; quia precisè tenetur aut rem invadiatam restituere vel de eâ satisfacere, aut debitum amittere. Quandoque vero convenit inter debitorem et creditorem de re aliquâ [i] invadiatâ, acceptâ à debitore re [k] mutuatâ, si non sequatur ipsius vadii traditio, quomodo consuletur ipsi creditori in tali casu, maxime cum possit eadem res pluribus aliis creditoribus, tum prius tum posterius, invadiari? Super hoc notandum est, quod Curia domini Regis hujusmodi privatas conventiones de rebus dandis vel accipiendis in vadium, vel alias hujusmodi, extra Curiam sive etiam in aliis Curiis quam in Curiâ domini Regis [l] factas, tueri non solet nec warrantizare; et ideo si non fuerint servatæ, Curia domini Regis se inde non intromittet, ac per hoc de jure diversorum creditorum priorum vel posteriorum, aut de privilegio eorum, non tenetur respondere. Cum vero res immobilis ponitur in vadium, ita quod inde facta fuerit seisina ipsi creditori, et ad terminum; aut ita convenit inter creditorem et debitorem quod exitus et redditus interim se acquietent, aut sic quod

[i] *invadiândâ*, acceptâ B. [k] *mutuandâ*, si B.
[l] factas tueri non solet nec warrantizare; et ideo si non fuerint servatæ, Curia domini Regis *caret*. H. C. B. M.

in nullo ſe acquietent. Prima conventio juſta eſt et tenet: ſecunda injuſta eſt, et inhoneſta, quæ dicitur mortuum vadium; ſed per Curiam domini Regis non prohibetur fieri, et tamen reputat eam pro ſpecie Uſuræ. Unde ſi quis in tali vadio deceſſerit, et poſt mortem ejus hoc fuerit probatum, de rebus ejus non aliter diſponetur quam de rebus uſurarii. Cætera ſerventur, ut prius de vadiis in rebus mobilibus conſiſtentibus dictum eſt. Notandum tamen quod ex quo aliquis ſolverit id quod debuit, vel ſolvere ſe obtulit competenter; ſi creditor ulterius vadium penes ſe maliciose detinuerit, debitor ipſe, ſe inde Curiæ conquerens, tale breve habebit.

CAP. 9.

Rex Vicecomiti ſalutem: Præcipe N. quod juſte et ſine dilatione reddat R. [m] totam terram vel terram illam in illâ villâ quam ei invadiavit pro centum marcis ad terminum qui præteriit, ut dicit, et denarios ſuos [n] idem recipiat; vel quam inde acquietavit, ut dicit: et niſi fecerit, ſummone eum per bonos, &c.

[m] *tantam* terram H. C. B. M. [n] *inde* recipiat; C. B. M.

CAP.

CAP. 10.

Apparens autem in Curiâ creditor super hoc summonitus, aut cognoscet terram illam ad vadium suum, vel dicet se tenere terram illam ut Feodum suum. In primo casu oportet eum aut vadium reddere, aut rationabilem causam ostendere in Curiâ, quare id facere non debeat. In secundo vero casu, utrolibet eorum petente, id est creditore vel debitore, ponetur super Recognitionem patriæ utrum creditor teneat terram illam ut Feodum suum vel vadium suum, vel utrum [o] pater ejus vel alius antecessor fuerit inde seisitus, ut de Feodo vel ut de vadio die quâ obiit; et sic potest objici ei qui Seisinam patris sui inde petit: et sic poterit super hoc Recognitio multipliciter variari pro modo petendi, et pro modo respondendi. Si autem Recognitio à neutro petatur, procedet placitum [p] in Curiâ super recto.

CAP. 11.

Creditor siquidem, si â Seisinâ [q] suâ ceciderit per debitorem vel per alium, nullam inde Seisinam per Curiam recu-

[o] pater *caret*. H. [p] in Curia *caret*. B. [q] *vadii sui* ceciderit M.

perabit, nec etiam per Recognitionem de Novâ Diſſeiſinâ. Si enim per alium quam per debitorem injuſte et ſine Judicio de vadio ſuo fuerit diſſeiſitus, debitor ipſe poterit habere Aſſiſam de Novâ Diſſeiſinâ. Si vero per debitorem ipſum, nullum verſus eum per Curiam recuperare habebit de vadio ſuo recuperando, vel de novo [r] ingreſſu, niſi per ipſum debitorem: oportet enim ipſum creditorem ad principale placitum reverti, ut juſticietur debitor ut ei de debito ſuo ſatisfaciat. Et ſummonebitur inde debitor per breve ſupradictum de primâ ſummonitione faciendâ.

C A P. 12.

Die autem ſtatutâ debitore apparente in Curiâ, creditor ipſe ſi non habeat inde vadium neque plegios neque aliam diracionationem niſi ſolam fidem, nulla eſt hæc probatio in Curiâ domini Regis. Veruntamen de fidei leſione vel tranſgreſſione inde agi poterit in Curiâ Chriſtianitatis. Sed Judex ipſe eccleſiaſticus, licet ſuper crimine tali poſſit cognoſcere et convicto penitentiam vel ſatisfactionem injungere; placita tamen de debitis laicorum vel de tenementis in Curiâ Chriſtianitatis per Aſſiſam regni, ratione fidei interpoſitæ, tractare vel terminare non

[r] *ingreſſum*, niſi C.

poteſt.

poteſt. Oportet ergo creditorem aliis uti probationibus, ſi debitor debitum ipſum neget. Si enim illud confiteatur, tunc tenetur inde ſatisfacere ſimili modo ut prædictum eſt de plegiis confitentibus; per teſtem ſiquidem idoneum, poteſt inde fieri dirationatio; et per Duellum, et per Cartam quoque. Cum quis itaque ad debiti ſui probationem Cartam adverſarii ſui vel [f] anteceſſoris ejus offerat in Curiâ, aut Cartam ipſam advocat adverſarius, aut non. Si debitor Cartam [t] ſuam non advocet, duobus modis eidem contraire vel contradicere poteſt; ſcilicet ipſum ſigillum [u] in Curiâ recognoſcendo ſuum eſſe, ſed tamen vel per ſe vel per ſuum aſſenſum, ſive anteceſſoris ſui, Cartam eſſe confectam negando, vel omnino et ſigillum et Cartam negando. In primo caſu ubi ſigillum ſuum eſſe publicè recognoverit in Curiâ, Cartam illam præciſè tenetur warrantizare; et conventionem in ipſâ Cartâ expreſſam, ſicut in eâ continetur, omnino ſervare ſine contradictione; et ſuæ malæ cuſtodiæ imputet, ſi damnum incurrat per ſigillum ſuum male cuſtoditum. In poſteriore vero caſu, poterit in Curiâ Carta ipſa per aliquem idoneum teſtem, præſertim ipſi Cartæ inſertum, probari per Duellum.

[f] *alicujus* additur. B. [t] *illam* advocet, B.
[u] in Curiâ *caret*. M.

Alio etiam modo solet fides Cartis imponi in Curiâ, scilicet aliquibus certis et manifestis indiciis; veluti per alias Cartas eodem sigillo signatas, et de quibus constet quod ejus Cartæ sint qui Cartam illam suam esse negat, ita quod eas bene warrantizat in Curia. Tunc enim, si ita per omnia sibi concordent quod nulla suspicio diversitatis sigillorum appareat, haberi solet pro convicto; et sive hoc sive alio legitimo modo aliquis convincatur, super tali opere loquelam semper amittet, sive placitum fuerit de debito, sive de terrâ, sive de quâcunque aliâ re, et præterea in Miserecordiâ Regis remanet. Generaliter autem verum est, quod quicunque aliquid dixerit in Curiâ vel in placito, quod iterum negaverit; vel unde sequelam vel warrantum vel probationem sufficientem non habuerit; vel ad cujus contrarium dicendum, vel ad quod negandum per sufficientem probationem districtus fuerit; in Misericordiâ domini Regis remanet. Si vero Cartam illam ab initio advocet is contra quem producitur ad debitum aliquod probandum, tunc juxta Cartæ illius tenorem tenebitur ipse debitor creditori satisfacere. Cum vero aliquid mutuo creditur sub plurium prædictorum [w] securitate simul, tunc quoque, ex quo debitor ipse recte defecerit,

[w] *auctoritate* simul, B.

distrin-

diſtringendus eſt ipſe ſimul per omnes ſecuritates illas. Ideo enim plures ſecuritates ab eo inde receptæ ſunt, ut citius, deficiente debitore, creditori inde ſatisfaciat quam ſi una ſola ſecuritas interveniſſet.

C A P. 13.

Ex cauſâ quoque commodati ſolet res aliqua quandoque deberi, ut ſi rem meam tibi gratis commodem ad uſum inde percipiendum in ſervitio tuo. Expleto quidem ſervitio, rem meam mihi teneris reddere ſine deterioratione ſi extet: ſin autem res ipſa interierit, vel perdita fuerit quocunque modo in cuſtodiâ tuâ, omnino teneris ad rationabile pretium mihi reſtituendum. Sed ſub quâ vel cujus probatione præſtandum; præterea ſi quis uſque ad certum locum rem ſuam uſque ad certum [x] tempus [y] alii commodaverit, et is qui eam ita recipit ultra illum locum vel illud tempus eâdem re uſus fuerit; in quantum id emendare debeat, vel ſub quâ probatione, vel cujus idem ſit judicandum, quæro. A furto enim omnimodo excuſatur, per hoc quod initium habuerit ſuæ detentionis per dominum illius rei. Quæro item utrum dominus

[x] *terminum* alii B. [y] alii commodaverit, et is qui eam ita recipit ultra illum locum vel illud tempus *caret*. H. B.

poſſit

poſſit rem ſuam, ita alii commodatam, infra tempus vel locum revocare, præſertim ſi ejus uſu ipſemet interim indigeat.

CAP. 14.

Ex cauſâ quoque emptionis et venditionis debetur aliquid, cum quis rem ſuam alicui vendiderit; debetur enim pretium ipſi venditori, et res empta ipſi emptori. Perficitur autem emptio et venditio cum effectu, ex quo de pretio inter contrahentes convenit; ita tamen quod ſecuta fuerit rei emptæ et venditæ traditio, vel quod pretium fuerit ſolutum totum ſive pars, vel ſaltem quod arrhæ inde fuerint datæ et receptæ. Sed in duobus prioribus caſibus nullo modo poteſt alteruter contrahentium ſolâ voluntate à contractu reſilire, niſi ex aliquâ juſtâ et rationabili cauſâ; veluti ſi inter eos convenerit, ut liceat alterutri eorum inde ſe impune retrahere infra certum terminum; tunc enim licet utrique (ſicut convenit) infra datum terminum à contractu impune recedere: quippe generaliter verum eſt, quod conventio legem vincit. Præterea ſi venditor ipſe rem ſuam vendiderit emptori tanquam ſanam et ſine mahemio, [a] ſi poſtea probare poterit emptor rationabiliter

[a] ſi poſtea probare poterit emptor rationabiliter, rem ipſam tempore contractus minus ſanam fuiſſe et cum mahemio, *caret*. H. B.

biliter rem ipsam tempore contractus minus sanam fuisse et cum mahemio, tunc quidem venditor tenebitur rem suam retro habere. Verum sufficit rem fuisse idoneam tempore contractus, quicquid postea de illâ contingat. Sed infra quod tempus liceat hoc probare vel inde conqueri, quæro; maxime ubi nullum pactum intervenit. Ubi vero solæ arrhæ datæ sunt, si emptor à contractu recedere voluerit, id ei cum arrharum amissione licebit. Si autem venditor recedere voluerit in tali casu, quæro utrum sine pænâ id facere possit; quod non videtur, quia tunc videretur in hoc melioris conditionis venditor quam emptor: quod si impune id fieri nequit, quam pænam inde præstabit? Periculum autem rei venditæ et emptæ illum generaliter respicit qui eam tenet, nisi aliter convenerit.

CAP. 15.

Warrantizare autem venditor et hæredes ejus tenentur emptori et hæredibus suis rem venditam, si fuerit res immobilis; et inde ponatur in placitum emptor ipse vel hæredes ejus eo modo quo supra expositum est in tractatu de Warrantis. Si vero fuerit res mobilis quam quis petit versus emptorem, eo quod prius fuerit ei vendita vel donata, aut ex aliâ justâ causâ

causâ [a] adquisita, nec adjecta [b] fuerit ab eo felonia, idem dicendum erit quod de re immobili prædictum est. Si vero ex causâ furtivâ res aliqua petatur versus emptorem, tenetur precisè se ab omni causâ furtivâ sibi impositâ defendere, aut Warrantum inde vocare. Si itaque emptor ipse Warrantum vocaverit, aut certum aut incertum: si certum vocaverit quis Warrantum in curiâ, quem dicat se velle habere ad Warrantum ad rationabilem terminum, tunc ei ponendus est inde dies in Curiâ. Et si ad diem illum præsens fuerit ille qui vocatus fuerit ad Warrantum, et venditionem suam et rem venditam ipsi emptori warrantizaverit in Curiâ, tunc emptor ipse omnino liberabitur inde, ita quod nihil de cætero inde perdere poterit. Si autem de Warrantizatione ei defecerit, tunc erit inde placitum inter emptorem et Warrantum suum, ita quod ad Duellum inde poterit perveniri. Sed nunquid warrantus poterit Warrantum in Curiâ vocare? Quod si sic est, ad [c] quotum Warrantum erit standum. Præterea cum quis ita nominat Warrantum de re quæ petitur furtivâ, solet Warrantus ipse attachiari per tale breve Vicecomiti directum.

[a] *acquietata*, nec H. [b] fuerit ab eo *caret*. C.
[c] *quartum* warrantum H. B.

C A P.

C A P. 16.

Rex Vicecomiti ſalutem: Præcipio tibi quod ſine dilatione attachiari facias per ſalvos et ſecuros plegios N. quod ſit coram me vel Juſticiis meis eâ die ad warratizandum R. illam rem quam H. clamat adverſus R. ut furtivam; et unde prædictus R. eum traxit ad Warrantum in Curiâ meâ vel ad oſtendendum quare ei warrantizare non debeat. Et habeas ibi ſummonitores et hoc breve, &c.

C A P. 17.

Si vero incertum Warrantum vocaverit; in tali caſu, ſi ſufficientem habuerit probationem de legitimo mercatu ſuo, id eum à feloniâ liberabit. Sed tamen à damno non conſervat, [c] quod non, ſcilicet, rem illam amittat. Si autem ſuper hoc ſectam non habuerit ſufficientem, in periculo eſt. Probari autem ſolet res debita ex empto vel ex commodato generali probandi modo in Curiâ, ſcilicet per Scriptum vel per Duellum.

C A P. 18.

Ex locato quoque et ex conducto ſolet

[c] *quin*, ſcilicet H. C. B.

res

res quandoque deberi; ut cum quis locat rem suam alii usque ad certum terminum, certâ interveniente mercede. Hic enim tenetur locator rem locatam ad usum dare; conductor quoque, solvere mercedem. Sciendum autem quod, elapso termino, potest locator se licite in re suâ locatâ etiam suâ authoritate recipere. Sed quid si conductor censum suum statutó termino non solverit, nunquid et in hoc casu licet locatori ipsum suâ authoritate expellere? Prædictos vero contractus, qui ex privatorum consensu fiunt, breviter transsegimus; quia, ut prædictum est, privatas conventiones non solet Curia domini Regis tueri; et quidem de talibus contractibus, qui quasi privatæ quædam conventiones censeri possunt, se non intromittit Curia domini Regis.

LIBER

LIBER UNDECIMUS.

De Responsalibus qui loco Dominorum ponuntur in Curia, ad lucrandum vel perdendum pro eis.

CAP. I.

PLACITA in superioribus exposita, super recto quidem et proprietate rei prodita sunt; quæ prosequi quis potest, sicut et alia quælibet placita civilia, tam per seipsum quam per responsalem suo loco positum, ad lucrandum vel perdendum. Verum oportet eum esse præsentem in Curiâ, qui alium ita loco suo ponit. Solet autem id fieri coram Justiciis domini Regis in Banco residentibus. Aliter autem quam per Dominum præsentem in Curiâ, nullus omnino recipi debet responsalis. Nec oportet adversarium ob id præsentem esse, nec etiam illum qui loco alterius ita ponitur, si sit notus Curiæ. Potest itaque unus solus loco alterius ita poni: duo etiam vel plures simul

ſimul vel ſub diſjunctione; ita quod ſi unus intereſſe non poſſit, reliquus vel reliqui placitum id exequantur. Per procuratorem itaque talem poteſt placitum illud deduci in Curiâ et terminari, ſive per Judicium ſive finalem Concordiam, adeo plene et firmiter ut per eum qui alium loco ſuo inde poſuit. Sciendum etiam quod non ſufficit aliquem conſtituere alium ballivum ſuum vel ſeneſchallum de terris et rebus ſuis diſponendis, etiam ſi hoc conſtet Curiæ, ad hoc ut idem recipi debeat in Curiâ loco Domini ſui in aliquo placito. Oportet autem ut ad hoc ſpeciale interveniat mandatum; et quod idem juxta formam præſcriptam ponatur loco ejus ſpecialiter in placito illo, ad lucrandum vel perdendum pro eo. Notandum præterea, quod poteſt quis in Curiâ domini Regis ponere loco ſuo alium ad lucrandum vel perdendum pro eo, etiam in placito quod in aliâ Curiâ habet; et præcipietur quod idem in Curiâ ipſâ recipiatur loco alterius per tale breve.

C A P. 2.

Rex Vicecomiti, vel alii præſidenti Curiæ illius, ſalutem: Scias quod N. poſuit coram me vel Juſticiis meis R. loco ſuo ad lucrandum vel perdendum pro eo in placito illo quod eſt inter eum et R. de unâ carucata terræ in illâ

illâ villâ, vel de aliâ aliquâ re nominatâ: Et ideo tibi præcipio quod prædictum R. loco ipsius N. in placito illo recipias ad lucrandum vel perdendum pro eo. T. &c.

C A P. 3.

Cum quis itaque, juxta formam præscriptam, loco alterius ponitur in aliquo placito; nunquid essonia ex suâ personâ tantum, vel ex personâ domini sui tantum, vel ex utriusque personâ, locum habebunt? Et quidem essonia illius procuratoris solummodo locum habent in tali casu, donec, scilicet, revocetur ipsa procuratio. Præterea cum quis, ita loco alterius positus in Curiâ, de placito illo respondet, [d] et id quod ad eum spectat facit; nunquid potest Dominus suus eum pro beneplacito suo inde removere? ita [e] quod alium inde faciat procuratorem, maxime si [f] postea capitales inimicitiæ intervenerint? Quin autem ipse Dominus possit placitum suum sequi, alio amoto, dubium non est; quia ita intelligitur quilibet alium loco suo ponere, scilicet si ipsemet interesse non possit. Obtinet autem quod Dominus talem procuratorem possit a quâlibet parte litis amo-

[d] *vel* id H. C. M. [e] quod alium inde faciat procuratorem, *caret*. C. [f] postea *caret*, M.

vere, et alium etiam loco ejusdem in Curiâ sub formâ præscriptâ pro se ponere. Potest autem pater ita loco suo filium pro se ponere, et vice versâ: extraneus quoque extraneum: uxor quoque maritum. Cum quis itaque maritus, positus loco uxoris suæ in placito de Maritagio, vel de Dote ipsius uxoris aliquid amiserit, vel remiserit de jure ipsius uxoris [g] per Judicium sive per Concordiam; nunquid poterit mulier ipsa inde iterum placitum movere? an tenebitur omnino factum viri sui [h] post mortem ipsius tueri? Non videtur [i] autem, quod per factum viri sui debeat mulier in tali casu aliquid juris amittere; quia, dum fuit in potestate viri sui, in nullo potuit contradicere aut contraire ejus voluntati, et ita non sibi potuit contra voluntatem viri sui in jure suo prospicere. Sed dicitur è contra, ea quæ in Curiâ domini Regis gesta sunt, rata et firma esse convenit.

C A P. 4.

Distringendus autem est Dominus ad tenendum id quod per responsalem suum factum est, sive per Judicium sive per Concordiam. Sed quid erit, si ipse Dominus solvendo non sit, nec habeat unde

[g] per Judicium sive *caret*. B. [h] post mortem ipsius *caret*. C. [i] *justum*, quod C. M.

distringi

diſtringi poſſit, [k] reſponſalis autem habeat? Equidem non eſt diſtringendus reſponſalis ipſe.

C A P. 5.

Quod autem hic dicitur, quod non poteſt aliquis loco ſuo alium cum effectu ponere niſi præſens ſit in Curiâ, contrarium videtur his, quæ in primo libro, ſcilicet de eſſoniis, poſita ſunt. Ibi enim dicitur quod ſi quis poſt tertium eſſonium ſuum aliquem, quicunque ille ſit, reſponſalem miſerit, ſaltem cum litteris ſuis, recipietur in Curiâ, ſed hoc contingit ex vi Judicij. [l] Aliud obtinet ubi, conſideratione Curiæ vel diſtrictione, alium quærit loco ſuo in placito ponere ad lucrandum vel perdendum pro eo. Præterea notandum quod Abbates et Priores Canonicorum regularium per ſe recipiuntur in Curiâ ſine litteris etiam ſui Conventus. Alii Priores, ſive Canonicorum ſive Monachorum, ſi fuerint cellarii, etiam tranſmarini, nullo modo ſine litteris Abbatis vel magni Prioris admittuntur in Curiâ. Item magiſter militum Templi, et capitalis Prior Hoſpitalis Jeruſalem per ſe recipiuntur: nulli autem inferiores eis de ſuo ordine recipi ſolent. Præterea cum unus vel

[k] *vel* habeat? M. [l] *Illud* obtinet H. C. B. M.

duo ponuntur in Curiâ loco alicujus in placito aliquo prædicto modo; nunquid ille unus poterit ponere alium, vel unus illorum duorum reliquum, vel etiam aliquem [m] tertium loco suo, vel loco Domini sui, ad lucrandum vel perdendum pro eo in placito ipso?

[m] tertium *caret*. B.

LIBER

LIBER DUODECIMUS.

De placito de Recto, et de diversis brevibus Regis de Recto Vicecomitibus vel Dominis Feodi directis, super diversis casibus.

CAP. I.

PRÆDICTA [n] quidem placita de Recto directe et ab initio veniunt in Curiâ domini Regis, et ibi, ut dictum est, deducuntur et terminantur. Quandoque etiam, licet ab initio non veniant in Curiâ domini Regis quædam placita de Recto, veniunt tamen per [o] translationem; ubi Curiæ diversorum Dominorum probantur de recto defecisse: tunc enim mediante Comitatu possunt a Comitatu, ex diversis causis quæ superius expositæ sunt, ad capitalem Curiam domini Regis transferri.

[n] *quædam* placita C. [o] *transgressionem*; ubi C.

CAP. 2.

Cum quis itaque clamet aliquod liberum tenementum vel servitium, tenendum de alio per liberum servitium, non poterit inde trahere tenentem in placitum sine brevi domini Regis vel ejus Justiciarum; habebit ergo ad Dominum suum, de quo idem clamat tenere, breve de Recto. Quod, si placitum fuerit de terrâ, tale erit.

CAP. 3.

Rex Comiti W. salutem: Præcipio tibi quod sine dilatione teneas plenum rectum N. de decem carucatis terræ in [p] Middleton quas clamat tenere de te per liberum servitium Feodi unius militis pro omni servitio, vel per liberum servitium centum solidorum per annum pro omni servitio, vel per liberum servitium unde duodecim carucatæ [q] terræ faciunt Feodum unius militis pro omni servitio, vel quas clamat pertinere ad liberum tenementum suum quod de te tenet in eâdem villâ, vel in Mortune, per liberum servitium, &c. [r] vel per servitium, &c. [s] vel quas clamat tenere de te de li-

[p] *Mildebruna* quas H. [q] terræ *caret*. C. M.
[r] vel per servitium, &c. *caret*. C. [s] *et centum libras quas* vel M.

bero

bero maritagio M. matris suæ, vel in liberum Burgagium, vel in liberam eleemosynam, vel per liberum servitium eundi tecum in exercitum domini Regis [t] cum duobus equis ad custum [u] suum pro omni servitio, vel per liberum servitium inveniendi tibi unum [w] arbelastarium in exercitum domini Regis per quadraginta dies pro omni servitio, quas R. filius W. ei deforciat. Et nisi feceris, Vicecomes de [x] Northamptone faciat, ne amplius inde clamorem audiam pro defectu Justiciæ. T. &c. Multipliciter autem variari solent de Recto hujusmodi brevia diversis de causis, quæ liquebunt ex diversis formis brevium subscriptorum. Si vero fuerit placitum de servitio, breve tale erit.

CAP. 4.

Rex N. salutem: Præcipio tibi quod sine dilatione plenum rectum teneas N. de centum solidatis redditûs in illâ villâ quam clamat tenere de te per liberum servitium, &c. vel servitium, &c. [y] Et nisi feceris, Vicecomes Oxoniæ faciat, ne amplius inde clamorem audiam pro defectu [z] recti. T. &c.

[t] *per quadraginta dies* additur C. [u] *tuum* pro C. B. M. [w] *erbelastarium* in C. [x] *Nottinghame* faciat, H. M. [y] *vel per servitium eundi tecum in exercitum domini Regis per quadraginta dies duobus equis ad custum suum pro omni servitio,* additur C. [z] *Justiciæ* T. H. B.

CAP. 5.

Rex R. salutem: Praecipio tibi, quod juste et sine dilatione habere facias N. et A uxori suae rationabilem partem suam quae eos contingit de uno mesuagio in illâ villâ, quam clamant pertinere ad liberum tenementum suum quod tenent de domino Rege in eâdem villâ, per liberum servitium duorum solidorum per annum; vel de unâ marcatâ redditûs in illâ villâ, quam clamant de libero maritagio ipsius A; unde queruntur quod B. soror ipsius A. eis deforciat, vel quod G. eis deforciat. Et nisi feceris, Vicecomes faciat ne amplius oportet inde conqueri pro defectu Justitiae. T. &c.

CAP. 6.

Solent autem placita ista in Curiis Dominorum, vel eorum qui loco Dominorum habentur, deduci, secundum rationabiles consuetudines ipsarum Curiarum; quae tot et tam variae sunt, ut in scriptum de facili reduci non possunt.

CAP. 7.

Probantur autem Curiae ipsae de recto defecisse in hunc modum. Conquerente autem se eo qui petit Vicecomiti in Comitatu,

mitatu, et breve domini Regis afferente; mittet Vicecomes ad Curiam ipſam die quâ litigatoribus â Domino ipſius Curiæ ſtatuta fuerit aliquem ſervientem, ut et ille coram quatuor vel pluribus legalibus militibus ejuſdem Comitatus, qui ex præcepto Vicecomitis illic aderunt, audiat et videat probationem ipſius petentis, ſcilicet Curiam ipſam ei de recto defeciſſe in placito ipſo: quod et ipſe petens ſic eſſe, ſuo juramento et cum duobus aliis id audientibus et intelligentibus et cum eo jurantibus, probabit. Sub tali ergo [a] ſolemnitate ſolent loquelæ à quibuſdam Curiis ad Comitatus transferri, et ibi de novo tractari et terminari ſine contradictione vel recuperatione ipſarum Curiarum, quam inde habere poſſunt ipſarum Curiarum Domini ſive hæredes, quantum ad illud placitum. Sin autem, priuſquam Curia aliqua prædicto modo probetur de recto defeciſſe, loquela aliqua ab eâ ad ſuperiorem Curiam trahatur, poterit Dominus illius Curiæ die placiti Curiam ſuam eâ ratione repetere quod nondum probata fuerit de recto defeciſſe; et ita eam per Judicium retro habebit, niſi ibi probetur de recto eam, ut dictum eſt, defeciſſe. Sciendum tamen quod ſi ad capitalem Curiam domini Regis ita tracta [b] fuerit aliqua loquela,

[a] *conditione* ſolent M. [b] *tractata* fuerit B.

frustra

frustra vendicabit ibi quis die placiti Curiam suam, nisi tertiâ die ante coram legalibus hominibus, eam vendicaverit. Nullâ autem die positâ ipsi petenti unde ipse queri possit, et justâ dilatione ei factâ, sufficit ei falsare Curiam ipsam sub formâ præscriptâ quocunque loco voluerit in Feodo ipso: si Dominus nullam habuerit reseantisam super Feodum ipsum, sicut ipsi Domino licet Curiam suam ibi tenere, et ipsi petenti diem ponere, quocunque loco voluerit super Feodum ipsum: [c] extra autem Feodum [d] non licet ei de jure.

CAP. 8.

Debet autem impetrari breve solummodo ad illum de quo clamat tenere is qui petit, non ad alium nec etiam ad capitalem Dominum. Sed quid erit si petens ipse de uno clamat tenere, et tenens ipse de alio teneat? Equidem in tali casu quia is cui breve dirigitur placitum illud tenere non potest, cum alium non possit de Curiâ, unde ipse seisitus esse intelligitur, injuste et sine Judicio disseisire, ex necessitate itur inde ad Comitatum: et ibi procedet placitum vel in capitali Curiâ, ita quod uterque Dominorum per

[c] extra autem Feodum *caret.* B. [d] *ipsum* additur. H. C.

summo-

summonitionem ibi adesse debet, ut utroque praesente res agatur, sicut superius dictum est in Tractatu de Warrantis.

CAP. 9.

Ad Vicecomitem autem provinciarum, pertinent praedicta placita de Recto ubi Curiae Dominorum probantur de recto defecisse: et alia quaedam placita, veluti si quis conqueratur se Curiae [e] de Domino suo, quod consuetudines et indebita servitia vel plus servitii exigit ab eo de libero tenemento suo, quod de eo tenet, quam inde facere debeat; item placitum de [f] Nativis ut dictum est, et generaliter omnia illa, unde breve domini Regis habet vel Capitalis Justiciarii [g] ipse Vicecomes de aliquo justiciando, vel quod ipse rectum faciat nisi alius fecerit, [h] ut praedictum est, ad ipsum Vicecomitem pertinent audienda et terminanda; quorum quaedam per brevia supposita liquebunt.

CAP. 10.

'Rex N. salutem: Prohibeo tibi ne injuste vexes vel vexari permittas H. de libero tenemento suo quod tenet de te in

[e] *domini Regis* additur. M. [f] Warrantis ut M.
[g] *ipsi Vicecomiti* de M. [h] *quae* ad M.

illâ

illâ villâ. Nec inde ab eo exigas vel exigi permittas consuetudines vel servitia quæ tibi inde facere non debet, vel quæ antecessores sui inde non fecerunt, nec facere debuerunt tempore H. Regis avi mei, et nisi feceris, Vicecomes faciat ne oporteat eum amplius inde conqueri &c. T. &c.

CAP. 11.

Rex Vicecomiti salutem: Præcipio tibi quod juste et sine dilatione facias habere M. R. Nativum suum et Fugitivum [i] suum cum omnibus catallis suis et cum totâ sequelâ suâ, ubicunque inventus fuerit in ballivâ tuâ: nisi sit in Dominico meo qui fugit de terrâ suâ post primam coronationem meam. Et prohibeo ne quis eum injuste detineat super forisfacturam meam [k]. T. &c.

CAP. 12.

Rex Vicecomiti salutem: Præcipio tibi quod juste et sine dilatione facias habere G. averia sua per vadium et [l] plegium, unde queritur quod R. ea cepit et detinet injuste pro consuetudinibus quas ab eo exigit, quas ipse non cogno-

[i] suum *caret*. B.

[k] *plenam*. additur. M.

[l] *plegios* unde C. M.

scit

ſcit ſe debere; et ipſum præterea inde juſte deduci facias, ne oporteat eum, &c.

CAP. 13.

Rex Vicecomiti ſalutem: Præcipio tibi quod juſte et ſine dilatione facias amenſurari paſturam de illâ villâ, unde I. quæ fuit uxor P. et R. ſoror ſua queruntur quod H. eam [m] injuſte ſuperonerat; nec permittas quod præfatus H. in eâ paſturâ plura averia habeat quam habere debeat, et quam habere pertinet, ſecundum quantitatem Feodi ſui quod ipſe habet in eâdem villâ, ne oporteat, &c. T. &c.

CAP. 14.

Rex Vicecomiti ſalutem: Præcipio tibi quod ſine dilatione præcipias R. quod juſte et ſine dilatione permittat habere H. aiſiamenta ſua in boſco, et in paſturâ de villâ illâ quæ habere debet [n] ut dicit, ſicut ea habere debet et habere ſolet; et non permittas quod præfatus R. vel alius ei inde moleſtiam vel injuriam faciat, ne amplius, &c. T. &c.

CAP. 15.

Rex Vicecomiti ſalutem; Prohibeo ti-

[m] injuſte *caret*. B.

[n] ut dicit, ſicut ea habere debet *caret*. C.

bi

bi ne permittas quod R. injuste exigat ab S. de libero tenemento suo quod tenet de N. de Feodo ipsius R. in illâ villâ, plus servitii quam pertinet ad illud liberum tenementum quod tenet; et averia sua quæ capta sunt pro illâ demandâ, quam ille non cognoscit ad liberum tenementum suum quod tenet pertinere, ei replegiari facias; donec loquela illa coram[a] nobis audiatur, et sciatur utrum illud servitium debeat vel non, T. &c.

C A P. 16.

Rex Vicecomiti salutem: Præcipio tibi quod juste et sine dilatione facias esse rationabiles divisas inter terram R. in illâ villâ et in pertinentiis et terram D. in illâ villâ sicut esse debent et solent esse, et sicut fuerunt tempore Regis Henrici avi mei; unde R. queritur quod A injuste et sine Judicio occupavit inde plus quam pertinet ad liberum tenementum suum de illâ villâ, ne oporteat, &c. T. &c.

C A P. 17.

Rex Vicecomiti salutem: Præcipio tibi quod juste et sine dilatione facias tenere rationabilem divisam R. quam fecit fratribus Hospitalis Hierusalem de ca-

[a] *te* audiatur, B.

talis

tallis suis, sicut rationabiliter monstrari poterit quod eam fecit et teneri debeat. T. &c.

CAP. 18.

Rex Vicecomiti salutem: Præcipio tibi quod justicies R. quod juste et sine dilatione reddat N. catalla sua, unde queritur quod ea cepit injuste, et sine Judicio [p] in libero tenemento suo [q] in illâ villâ infra [r] Disseisinam quam inde ei fecerat infra Assisam meam, unde ipse recuperavit Seisinam suam coram Justiciis meis per Recognitionem de Novâ Disseisinâ, sicut rationabiliter monstrare poterit, quod ea habere debeat, ne amplius, &c.

CAP. 19.

Rex Vicecomiti salutem: Præcipio tibi quod poni facias in respectum usque ad aliquem terminum competentem, quando interesse poteris, Recognitionem quæ summonita est inter R. et M. de divisis de illis villis, quæ per Justicias meas de partibus illis injuncta est tibi et H. coram vobis capere eam; ad quam capiendam ut dicitur attornastis alios loco vestro ad

[p] *in lite suo* additur. M. [q] in illâ villâ *caret*. B.
[r] *Scisinam* quam C.

eam

eam capiendam, quia non eſt conſuetudo, quod ex quo aliquod negotium pertinens ad Juſticias meas aliquibus injungitur tractandum, quod ipſi id in alios transferant de re aliquâ quæ ad Juſticiam meam pertinet T. &c.

C A P. 20.

Rex Vicecomiti ſalutem: Præcipio tibi quod juſte et ſine dilatione facias habere A. quæ fuit uxor R. rationabilem Dotem ſuam de toto Feodo quod fuit præfati R. integre et in omnibus, ſalvo hæredi ſuo capitali meſuagio et eidem uxori facias habere aliud meſuagium, niſi aliqua terra, in quâ meſuagium non ſit, ei nominata ſit in Dotem; et non remaneat eo quod Feodum præfati R. ſit de Baroniâ meâ, quia nolo nec Jus exigit quod uxores militum propter hoc amittant Dotes ſuas. De catallis autem quæ fuerunt præfati R. [s] præcipio quod ea omnia ſimul et in Pace eſſe facias, ita quod inde nil amoveatur nec ad diviſam ſuam faciendam, [t] nec ad aliam rem faciendam, donec debita ſua ex integro reddantur: et de reſiduo poſt fiat rationabilis diviſa ſua ſecundum conſuetudinem terræ meæ. Et ſi quid de catallis præ-

[s] *tibi* præcipio C. B. M. [t] nec ad aliam rem faciendam, *caret*. B.

fati

fati R. remotum fuerit [1] post mortem suam, reddatur ad alia catalla sua, ad solvendum inde debita sua. T. &c.

CAP. 21.

Rex illis Judicibus ecclesiasticis salutem: Prohibeo vobis ne teneatis placitum in Curiâ Christianitatis quod est inter N. et R. de laico Feodo prædicti R; unde ipse queritur quod N. eum trahit in placitum in Curiâ Christianitatis coram vobis, quia placitum illud spectat ad Coronam et dignitatem meam. T. &c.

CAP. 22.

Rex Vicecomiti salutem: Prohibe R. ne sequatur placitum in Curiâ Christianitatis quod est inter N. et ipsum de laico Feodo ipsius prædicti R. in villâ ipsâ, unde ipse queritur quod præfatus N. inde eum traxit in placitum in Curiâ Christianitatis coram Judicibus illis. Et si præfatus R. fecerit te securum de clamore suo prosequendo, tunc pone per vadium et salvos plegios prædictum N. quod sit coram me vel Justiciis meis eâ die, ostensurus quare traxit eum in placitum in Curiâ Christianitatis de laico Feodo suo in illâ villâ, de sicut illud pla-

[1] post mortem suam, *caret.* M.

citum spectat ad Coronam et dignitatem meam. T. &c.

CAP. 23.

Prædicta vero placita, sive alia, qualiter vel quo jure deduci sive terminari habeant in diversis Comitatibus, omitto; tum propter ipsorum Comitatuum consuetudines diversas, quas quidem singuli Comitatus singulas observant; tum quia propositi mei brevitas illud non exigit, cum non attendam nisi ad ea quæ in capitali Curiâ Regis fieri soleant et debeant.

CAP. 24.

Sciendum præterea quod in brevi de Recto quandoque minus continetur quam in petitione ponatur in Curiâ, tum circa pertinentiam, tum circa alia; quandoque vero plus. Erratur etiam quandoque circa nomen aliquod in brevi ipso positum, quandoque circa quantitatem servitiorum. [u] Quando siquidem minus continetur in brevi quam in petitione, non plus peti potest per breve illud quam in brevi illo contineatur. Quando vero plus continetur in brevi quam in petitione, remitti potest id quod de abun-

[u] Quando siquidem minus continetur in brevi quam in petitione, non plus peti potest per breve illud quam in brevi illo contineatur. *caret.* C.

danti

danti in eo continetur et residuum aucto-ritate ejusdem brevis peti potest. Si vero in nomine erretur, districto jure, aliud breve petatur. Quando vero circa quantitatem servitii erratur, districto quoque jure evanescit breve. Contingit autem quandoque tenementum aliquod peti per minus servitii quam inde debeatur; vel quam inde fieri soleat ipsi Domino: nunquid tenetur ipse Dominus per breve illud rectum inde tenere in servitii sui detrimentum? Equidem tenetur; sed post evictionem, si petentem evincere contigerit, regressum inde habere poterit versus evictorem.

CAP. 25.

Praeterea sciendum quod secundum consuetudines regni nemo tenetur respondere in Curiâ Domini sui de aliquo [w] libero tenemento suo, sine praecepto domini Regis vel ejus Capitalis Justiciae; ita dico, si laicum fuerit Feodum petitum: verum si fuerit placitum inter duos Clericos de aliquo tenemento, quod sit de liberâ eleemosynâ Feodi ecclesiastici, vel si tenens ipse Clericus teneat in liberâ eleemosynâ Feodum illud ecclesiasticum, quicunque sit petens, placitum inde debet esse in Foro ecclesiastico de Recto; nisi

[w] libero *caret*. B.

petatur inde Recognitio utrum fuerit liberum Feodum ecclesiasticum vel laicum Feodum, unde inferius dicetur. Tunc enim, ista Recognitio, sicut quælibet alia, in Curiâ domini Regis [x] habet tractari.

[x] *debet* tractari. C, M.

LIBER

LIBER TERTIUSDECIMUS.

De Placitis per Assisas et Recognitiones, et de diversis Disseisinis.

CAP. 1.

GENERALIA quæ circa præmissa placita de Recto frequentius in Curiâ contingunt, hactenus [y] in parte sunt expedita. Nunc vero ea quæ super Seisinis solummodo usitata sunt, restant prosequenda: quæ quia ex beneficio constitutionis regni, quæ Assisa nominatur, in majori parte transigi solent per Recognitionem, de diversis Recognitionibus restat tractandum.

CAP. 2.

Est autem quædam Recognitio, quæ vocatur de morte antecessoris: quædam autem est, de ultimis præsentationibus Personarum in Ecclesiis: quædam, utrum

[y] *in Curiâ* in C. B.

 aliquod

aliquod tenementum sit Feodum ecclesiasticum vel laicum Feodum: quædam, utrum aliquis fuerit seisitus de aliquo libero tenemento die quâ obiit, ut de Feodo, vel ut de [z] Vadio: quædam, utrum aliquis sit infra ætatem, vel plenam habuerit ætatem: quædam, utrum aliquis obierit seisitus de aliquo libero tenemento ut de Feodo, vel ut de Wardâ: quædam, utrum aliquis præsentaverit ultimam Personam ad Ecclesiam aliquam occasione Feodi sui, quod in Dominico suo habuerit, vel occasione alicujus Wardæ. Et si quæ sunt similes, quæ in Curiâ frequenter emergunt, præsentibus partibus, tum ex consensu ipsarum partium, tum etiam de consilio Curiæ, consideratur ad aliquam controversiam terminandam. Quædam [a] autem Recognitio est, quæ dicitur de Novâ Disseisinâ. Cum quis itaque moritur seisitus de aliquo libero tenemento, ita quod inde fuerit seisitus in Dominico suo sicut de Feodo suo, hæres eandem Seisinam antecessoris sui recte petere potest; et si major fuerit, habebit tale breve.

[b] CAP. 3.

[b] Rex Vicecomiti salutem: Si G. filius

[z] *Warda*, quædam B. [a] *item* Recognitio H. B.
[b] *cap.* 3, *caret.* B.

T. fe-

T. fecerit te securum de clamore suo prosequendo, tunc summone per bonos summonitores duodecim liberos et legales homines de visineto de illâ villâ, quod sint coram me vel Justiciis meis eâ die, parati sacramento recognoscere, si T. pater prædicti G. fuit seisitus in Dominico suo sicut de Feodo suo, de unâ virgatâ terræ in illâ villâ die quâ obiit. Si obiit post primam coronationem meam, et si ille G. propinquior hæres ejus est; et interim terram illam videant, et nomina eorum imbreviari facias; et summone per bonos summonitores R. qui terram illam tenet, quod tunc sit ibi auditurus illam Recognitionem; et habeas ibi summonitores, &c. T. &c. Si vero antecessor ipse, prædicto modo seisitus, iter arripuerit eundi in aliquam peregrinationem, tunc erit breve tale.

CAP. 4.

Rex Vicecomiti salutem: Si G. filius T. fecerit te securum de clamore suo prosequendo, tunc summone per bonos summonitores duodecim liberos et legales homines de visineto de illâ villâ, quod sint coram me vel Justiciis meis eâ die, parati sacramento recognoscere si T. pater prædicti G. fuit seisitus in Dominico suo sicut de Feodo suo, de unâ virgatâ terræ in

in illâ villâ, die quâ iter arripuit [b] versus Hierusalem, vel versus sanctum Jacobum, in quo itinere obiit. Et si iter ipsum arripuerit post primam coronationem meam, et si prædictus G. propinquior ejus hæres sit. Et interim &c. ut prius. Si vero infra ætatem fuerit hæres ipse, tunc breve tale erit.

CAP. 5.

Rex Vicecomiti salutem: Summone per bonos summonitores, &c. omnia ut prius, excepto hoc quod in hoc brevi remittitur illa clausula in principio, scilicet. "Si G. filius T. fecerit te securum de clamore suo prosequendo." Item in medio omittitur illa clausula, "si T. pater prædicti G. obiit post primam coronationem meam." [c] Si vero habitum religionis assumpserit, tunc breve secundum hoc variabitur hoc modo.

CAP. 6.

Rex Vicecomiti salutem: Si G. filius T. fecerit te securum &c. omnia ut prius, excepto hoc quod in hoc brevi ponitur in medio, "parati sacramento recognoscere, si T. pater prædicti G.

[b] versus Hierusalem, vel *caret.* M. [c] Si vero habitum religionis assumpserit, tunc breve secundum hoc variabitur hoc modo. *caret.* M.

"fuit

" fuit seisitus in Dominico suo ut de " Feodo suo, de tantâ terrâ in illâ villâ " die quâ habitum religionis assumpsit, [d] " et si habitum illum assumpsit post pri- " mam coronationem meam ;" et si prædictus G. propinquior hæres ejus sit, et interim terram illam videant &c. ut supra.

C A P. 7.

Accepto itaque brevi de morte antecessoris ab ipso Vicecomite, et in Comitatu datâ securitate ab ipso petente de clamore suo prosequendo, tunc hoc ordine pervenitur ad Assisam. Ab initio eligendi sunt duodecim liberi et legales homines de visineto secundum formam in brevi expressam ; præsentibus partibus, scilicet tam petente quam tenente, vel absente etiam ipso tenente, dummodo summonitus fuerit saltem semel quod interesset electioni illi : quia semel [e] inde summonendus est, ut præsens sit et audiat qui eligendi sunt ad illam Recognitionem faciendam ; et quosdam etiam ex rationabili causâ, si voluerit, [f] recuset, ut ab ipsâ Recognitione excludantur. Si vero ad primam summonitionem in Curiâ recte [g] testatam non venerit, ulterius

[d] et si habitum illum assumpsit *caret.* H. C. B. M.
[e] *tantum* summonendus B. [f] *excuset,* ut C. [g] *testante* non C.

non

non expectabitur; imo etiam absente ipso, eligantur ipsi duodecim juratores et deinde ex transmissione Vicecomitis facient visum terræ vel alterius tenementi cujus Seisina petitur: unicam tamen super hoc habebit summonitionem ille qui tenet. Nomina etiam illorum [h] duodecim electorum faciet Vicecomes ipse imbreviari. Deinde summoneri faciet [i] ipse Vicecomes ipsum tenentem, quod die statutâ per breve Regis vel ejus Justiciarum sit coram Rege vel ejus Justiciis auditurus illam Recognitionem. Die autem primâ et secundâ se essoniare poterit is qui tenet, si major fuerit is qui petit; tertiâ vero die non poterit. Imo ad tertium terminum capietur Recognitio sive veniat, sive non, is qui tenet; quia in nullâ Recognitione super Seisinâ, tantum proditâ, currunt nisi duo essonia. In Recognitione vero de Novâ Disseisinâ nullum locum essonium habet. Tertiâ itaque die sive venerit tenens sive non, capietur, ut dictum est, Assisa; et si juratores ipsi dixerint pro petente, adjudicabitur ei inde Seisina, et præcipietur Vicecomiti quod ei Seisinam illam habere faciat, per hoc breve.

CAP. 8.

Rex Vicecomiti salutem: Scias quod

[h] duodecim *caret*. B. [i] ipse *caret*. B.

N. di-

N. diracionavit in Curiâ meâ Seisinam tantæ terræ in illâ villâ per Recognitionem [k] de morte illius antecessoris [l] sui versus R. Et ideo tibi præcipio quod Seisinam illam ei sine dilatione habere facias. T. &c.

CAP. 9.

Cum Seisinâ autem illâ, recuperabit etiam is Seisinam omnium catallorum et omnium rerum quæ in Feodo illo, tempore faciendæ Seisinæ, inventæ fuerint. Post Seisinam vero plene recuperatam, poterit is, qui Seisinam amisit, super recto placitare per breve [m] de Recto; sed post quantum temporis post restitutionem plene factam?

CAP. 10.

Sin autem pro [n] tenente absente juratum fuerit, ei deinde Seisina, sine recuperatione quam adversarius ejus possit inde [o] habere, remanebit. Placitum tamen de Recto [p] Seisina illa non [q] adimit, sicut nec placitum de Recto super aliquo tenemento Recognitionem de petendâ Sei-

[k] de morte *caret.* C [l] sui *caret.* M. [m] de Recto *caret.* C. [n] *petente et pro absente* juratum B. [o] *facere* remanebit. M. [p] Seisina illa non adimit, sicut nec placitum de Recto *caret.* B. [q] *amittit,* sicut C.

sinâ alicujus antecessoris de eodem tenemento extinguit, antequam duellum sit inde vadiatum. Sed qualiter tunc punietur in eo contemptus Curiæ?

C A P. 8.

Utroque vero præsente in Curiâ quæri solet ab ipso tenente, utrum velit aliquid dicere quare inde Assisa remanere debeat. Unde sciendum est, quod major quandoque contra minorem petit hujusmodi Recognitionem; quandoque minor contra majorem; quandoque minor contra minorem, quandoque major contra majorem; et tunc generaliter remanebit Assisa, si is qui [r] tenet confiteatur in Curiâ illum antecessorem, cujus Seisina petitur, fuisse inde seisitum die quâ obiit in Dominico suo sicut de Feodo suo, cum cæteris articulis in brevi illo expressis. Si vero Seisina ipsa solummodo concedatur, aliis articulis non admissis, tunc super articulo vel articulis non admissis procedat Assisa. Remanere autem solet Assisa hujusmodi pluribus ex causis: verbi gratiâ, si à tenente ipso dicatur ipsum petentem inde fuisse seisitum post mortem patris vel alicujus antecessoris sui, sive ille antecessor suus fuerit inde seisitus sive non, die quâ obiit; et dum in tali Seisinâ

[r] petit confiteatur C.

fuit,

fuit, tantum inde versus eum fecisse quare de cætero Assisa inde esse non debet: veluti si tenementum ipsum ei vendiderit, vel donaverit, vel quietum clamaverit, vel alio legitimo modo alienaverit; et tunc inde poterit inter eos perveniri ad duellum, vel ad aliam usitatam probationem, quæ in Curiâ super Recto alicujus [s] rei recipi solet. Item si dicatur ab adversario ipsum petentem aliâ vice ei inde movisse litem, et tunc Finem fuisse inter eos factum in Curiâ domini Regis, vel per hoc tenementum ipsum remansisse ipsi tenenti per finem duelli, in quâcunque etiam Curiâ, vel per Judicium, vel per quietâm clamantiam. Item Villenagium, in Curiâ objectum et probatum versus ipsum petentem, Assisam adimit. Idem quoque [t] facit [u] exceptio bastardiæ: Carta quoque regia, quâ specialiter expressum fuerit vel confirmatur ipsi tenenti tenementum, cujus Seisina petitur per Assisam: plurium item hæredum conjunctio, mulierum scilicet in Feodo militari, vel masculorum vel fæminarum in libero Socagio. Item si concedatur antecessorem illum, cujus Seisina petitur, habuisse inde [w] qualemcunque Seisinam, [x] scilicet per ipsum tenentem vel per aliquem antecessorem ejus, veluti in [y] vadium,

[s] rei *caret* C. M. [t] *efficit* exceptio C. [u] bastardia: Carta M. [w] *qualem* Seisinam, C. [x] *sed* per H. [y] vadio, *vel* C.

dium,

dium, vel ex [a] commodato, vel aliâ hujusmodi causâ, eo ipso remanebit Recognitio illa, et alio modo placitum inde procedet. Item consanguinitas Assisam ipsam adimit; scilicet si is qui petit, et is qui tenet, fuerint de illo stipite unde hæreditas descenderit, cujus Seisina petitur; ita dico si hoc fuerit in Curiâ [*] objectum et probatum. Item in casu illo supra in Tractatu de maritagio, ubi primogenitus frater postnato fratri donavit quandam partem terræ suæ, qui obiit sine hærede de corpore suo; [b] ubi quidem, sicut et in similibus casibus, remanet Assisa hujusmodi hâc ratione, quia non potest aliquis simul esse hæres alicujus tenementi et Dominus. Item si convictus fuerit vel confessus is qui petit, quod aliquando fuit in Guerrâ versus dominum Regem, eo ipso remanet Assisa, quam versus alium ita petit in Curiâ. Item ratione Burgagii cessare solet Assisa, per aliam Assisam ex causâ majoris utilitatis in regno constitutam. Non objectâ autem aliquâ exceptione in Curiâ quare Assisa ipsa remanere [c] debet, procedet quidem Recognitio, præsente utrâque parte, per juramentum duodecim jurantium et [d] secundum eorum veredictum,

[a] *commodatione*, vel H. C. B. *commendatione*, vel M.
[*] *objectum et caret.* M. [b] *ibi* quidem, B. M.
[c] *non* debet, C. [d] *juste* additur, B.

judicabitur

judicabitur uni vel alii Seisina, sub formâ prescriptâ in hoc [e] libro.

CAP. 12.

Cum verò minor contra [f] majorem petit hujusmodi Assisam, tunc quidem locum non habet essonium majoris versus minorem, quia primâ die procedet inde Recognitio, sive veniat is qui tenet, sive non; et hâc generali ratione, quia quotienscunque tenens ipse nil dicere possit, si præsens esset in Curiâ, quare Assisa talis remanere debeat, de jure quidem procedet Recognitio, non expectatâ præsentiâ partis adversæ. Sed si præsens is fuerit versus quem petit, nil dicere possit (ut dictum est) ipsum minorem inde fecisse quare Assisa remanere deberet; et ideo precisè procedet inde Recognitio, sive præsente tenente majore sive absente, juxta formam præscriptam: et sic restitutione inde factâ ipsi minori per Recognitionem, ætas ipsius minoris expectabitur super placito de Recto. Cum minor vero contra minorem petit, eo modo sine aliquâ variatione procedat Recognitio, ut inter minorem et majorem procedere solet.

[e] *eodem Tractatu.* M.   [f] *minorem* petit C.

CAP.

CAP. 13.

Cum vero major contra minorem petit, poterit quidem minor contra majorem solito modo se essoniare. Qui cum venerit, occasione ætatis dilationem inde petere potest, ut inde non capiatur Recognitio donec plenam habuerit ætatem; et [g] ita ratione ætatis remanere solet Recognitio de morte [h] antecessorum. Sciendum tamen quod oportet ad hoc, ut remaneat Assisa talis ratione ætatis, quod dicat minor se esse in Seisinâ tenementi, unde petitur Seisina, et ideo non debere Recognitionem illam procedere antequam ætatem habeat; et etiam [i] quia pater ejus vel alius antecessor suus inde fuerit seisitus die quâ obiit. Occasione enim Seisinæ alicujus tenementi quam aliquis, infra ætatem constitutus, perquirit et jure suo tantum retinet, non remanet versus eum Recognitio, vel etiam placitum super proprietate. Si vero replicetur contra ipsum [k] minorem, antecessorem suum obiisse seisitum de tenemento unde petitur Seisina per Recognitionem, non tamen ut de Feodo sed ut de Wardâ; tunc quidem, licet principalis Recognitio ra-

[g] ita ratione ætatis *caret*. H. B. [h] *antecessoris*. Sciendum C. [i] *quod* pater C. [k] *majorem*, antecessorem M.

tione ætatis minoris remanere deberet, tamen super hoc procedat ista Recognitio; scilicet utrum antecessor ejus, qui infra ætatem est, fuerit inde seisitus ut de Feodo vel ut de Wardâ die quâ obiit: et summonebitur inde Assisa per hoc breve.

C A P. 14.

Rex Vicecomiti salutem: Summone per bonos summonitores duodecim liberos et legales homines de visineto de illâ villâ, quod sint coram me vel Justiciis meis ad illum terminum parati sacramento recognoscere, si R. pater N. qui infra ætatem est, seisitus fuit in Dominico suo de [l] unâ carucatâ terræ in illâ villâ, unde M. filius et hæres T. petit Recognitionem de morte ipsius T. patris sui versus ipsum N. ut de Feodo suo die quâ obiit, vel ut de Wardâ; et interim terram illam [m] videant; et nomina eorum imbreviari facias. Et summone per bonos summonitores prædictum N. qui terram illam tenet, quod tunc sit ibi auditurus illam Recognitionem. Et habeas, &c.

C A P. 15.

Notandum tamen, quod si dies ad hoc

[l] *illâ* carucatâ C. [m] *videri*; et C. B.

data fuerit utrique existenti in Curiâ, tunc non oportet tenentem inde summoneri; procedet siquidem super hoc Recognitio per sacramentum duodecim juratorum, et juxta eorum veredictum declarabitur qualem Seisinam habuit antecessor ejus, qui infra ætatem est die quâ obiit, de illo tenemento unde contra eum petitur Recognitio: et si probetur ita antecessorem ipsius minoris nullam inde habuisse Seisinam die quâ obiit nisi ut de Wardâ, tunc is qui contra minorem petit, Seisinam versus ipsum minorem recuperabit. Sed nunquid hoc solum sufficiet ei ad Seisinam ipsam recuperandam? quod non videtur: quia non per hoc constat antecessorem ipsius, qui petit inde fuisse seisitum in Dominico suo ut de Feodo suo die quâ obiit, nec etiam ipsum petentem, esse propinquiorem ejus hæredem: e contra vero dicitur quod, hoc ipso probato, nullum jus habeat inde minor ipse Seisinam ipsam de [a] cætero retinendi. Sed si hoc est, cui restituenda est? Nunquid ergo ad principalem Recognitionem super hoc erit recurrendum? Sin autem per sacramentum duodecim juratorum probatum fuerit antecessorem ipsius, qui infra ætatem est, inde fuisse seisitum die quâ obiit ut de Feodo, tunc Seisina ipsi minori remanebit in Pace donec plenam

[a] *recto* retinendi. M.

habuerit

habuerit ætatem. Sed nunquid [o] alio tempore de cætero in tali casu audiendus est adversarius ejus vel hæredes sui? saltem super proprietate ipsius [p] tenementi versus ipsum minorem, postquam habuerit ætatem, vel ejus hæredes. Præterea, contra minorem procedat Recognitio in illo unico casu, qui supra notatus est in Tractatu, qui est de hæredibus qui infra ætatem sunt. [q] Procedente vero Assisa [r] quæ est contra minorem, si ei per Assisam ipsam Seisina remanserit, super proprietate non respondebit donec plenam habuerit ætatem. Generaliter enim verum est quod de nullo placito tenetur respondere is qui infra ætatem est, per quod possit exhæredari vel per quod amittere possit vitam vel membrum, donec plenam habuerit ætatem; de aliis tamen quibusdam tenetur, ut de debitis paternis vel propriis, et de Novis Disseisinis. Sin autem petenti contra minorem adjudicetur Seisina, facienda erit ei [s] restitutio sub formâ præscriptâ; nec ipsi minori super Recto respondebit donec plenam habuerit ætatem, sicut nec ille sibi; et hâc generali ratione, quia illa quæ cum illis fiunt in hujusmodi placitis, qui ætatem non habent, stabilia et firma esse [t] non oportet.

[o] *aliquo* tempore C. B. [p] *tenentis* versus C.
[q] *Precedente* vero H. C. M. [r] quæ est *caret*. C.
[s] *inde* additur. C. B. [t] non *caret*. C.

tet. Si vero [u] minori, ætatis privilegium alleganti, in Curia objiciatur eum plenam habere ætatem, solet hoc per Recognitionem octo liberorum [w] et legalium hominum declarari, qui ad hoc per tale breve summonendi sunt.

CAP. 16.

Rex Vicecomiti salutem: Summone per bonos summonitores octo liberos et legales homines de visineto de illâ villâ ubi tenementum petitum est, quod sint coram me vel justiciis meis [x] eâ die parati sacramento recognoscere, utrum N. qui clamat unam hidam terræ in illâ villâ per breve meum versus R. sit talis ætatis quod inde placitare possit et debeat; et interim terram illam videant, et nomina eorum imbreviari facias, et summone per bonos summonitores illum, qui terram illam tenet, quod sit tunc ibi auditurus illam Recognitionem. Et habeas &c. T. &c.

CAP. 17.

Si itaque probetur per talem Recognitionem ætas illius, de cujus ætate quæritur, cum eo de cætero agetur sicut cum

[u] *minoris* ætatis H. [w] et legalium *caret*. M.
[x] eâ die *caret*. B.

ætatem

ætatem habente, quantum ad principalem Recognitionem. Sed nunquid generaliter etiam, quantum ad aliorum impetitionem, majoris censebitur ille ætatis occasione hujus Recognitionis, ita quod de cætero non possit se versus alios ætatis privilegio tueri? Si vero per Recognitionem ipsam judicetur minoris ætatis, [y] minor gaudebit privilegio quantum ad principalem illam Recognitionem, sed nunquid ad alias et aliorum impetitiones?

CAP. 18.

Sequitur [z] de Recognitione de ultimis præsentationibus Personarum. Contingente itaque aliquam Ecclesiam vacare, si fuerit controversia [a] super præsentatione, poterit controversia illa per Recognitionem de ultimâ præsentatione decidi, alterutro litigantium id in Curiâ postulante; super quo tale breve impetrabit.

CAP. 19.

Rex Vicecomiti salutem: summone per bonos summonitores duodecim liberos et legales homines de visineto de villâ illâ, quod sint coram me vel Justiciis meis eâ

[y] *minoris* gaudebit H. C. B. [z] de Recognitione *caret*. M. [a] super præsentatione, poterit controversia *caret*. H. B.

die parati sacramento recognoscere, quis advocatus [b] præsentavit ultimam Personam quæ obiit ad Ecclesiam de illâ villâ qui vacans est, ut dicitur, et unde N. clamat Advocationem [c], et nomina eorum imbreviari facias, et summone per bonos summonitores R. qui præsentationem ipsam deforciat, quod tunc si ibi auditurus illam Recognitionem, et habeas ibi &c.

C A P. 20.

De essoniis autem in hâc Recognitione patet ex prædictis: procedente siquidem Recognitione, sive utroque præsente sive altero absente, is cui [d] Seisina sui vel alicujus antecessorum suorum [e] adjudicabitur ultima præsentatio, eo ipso Seisinam ipsius Advocationis intelligetur dirationasse; ita quod ad præsentationem ipsius prima Persona in eâ [f] Ecclesiâ vacante per Episcopum loci instituetur, dummodo Persona idonea fuerit; quæ, Ecclesiam, per ejus præsentationem [g] adeptam, totâ vitâ suâ obtinebit, quicquid de jure Advocationis contingat. Poterit enim is, contra quem judicatum est de ultimâ præsentatione per Recognitionem, versus alium vel suos hæredes super jure Advocationis pla-

[b] *tempore Pacis*, additur. C. [c] *illam*, additur. C.
[d] Seisina *caret*. C. B. [e] *gratia* additur. B.
[f] Ecclesiâ *caret*. B. [g] *adepto*, totâ C.

citare;

citare; quod qualiter fieri debeat, in superioribus expeditum est. Quæri autem potest ab initio, utrum aliquid dici possit, quare Assisa ista remanere debeat: et potest quidem ad hoc dici, scilicet tenentem ipsum concedere antecessorem petentis ultimam inde fecisse præsentationem, sicut verum Dominum et primogenitum [i] hæredem; sed postea Feodum illud, ex quo pendet Advocatio, ei vel antecessoribus suis contulisse aliquo vero titulo: et ita eo ipso [k] remanet Assisa, et placitum super exceptione ipsâ inter ipsos litigantes [l] deinde esse poterit. Super hâc autem exceptione Recognitionem desiderare potest alteruter litigantium, et eam habere poterit. [m] Præterea concedi potest ab alterutro litigantium, reliquum vel aliquem ejus antecessorem ultimam fecisse præsentationem; sed non ut de Feodo, sed ut de Wardâ; et super hoc petere potest Recognitionem et inde obtinebit; et summonebitur Recognitio per hoc breve.

[i] *et* additur. M. [k] *non* additur. M. [l] *demum* esse B. [m] *Præterea non mihi videtur multa alia quæ supra diximus, quæ faciunt remanere Recognitionem, supra dictæ Assisæ de morte antecessoris; remanere quoque faciunt Recognitionem hujus Assisæ,* additur. H. B. *multa quoque quæ remanere faciunt Assisam de morte antecessoris, remanere faciunt et hanc Assisam,* additur. M.

CAP. 21.

Rex Vicecomiti salutem: Summone per bonos summonitores duodecim liberos et legales homines de visineto de illâ villâ, quod sint coram me vel Justiciis meis ad illum terminum parati sacramento recognoscere, si R. qui præsentavit ultimam Personam, quæ mortua est, ad Ecclesiam illam occasione tenementi quod tenuit in illâ villâ, fecerit illam præsentationem ut de Feodo vel ut de Warda; [a] et nomina eorum imbreviari facias. Et summone per bonos summonitores illum, qui præsentationem illam deforciat, quod tunc sit ibi, &c.

CAP. 22.

Et sic per Recognitionem hoc declarato, si ut de Wardâ facta fuerit ultima præsentatio ipsius ultimæ [o] præsentationis, exspirat præsentationis Advocatio, et ad [p] alterum spectabit ipsa præsentatio. Sin autem ut de Feodo, ei remanebit ipsa præsentatio.

CAP. 23.

Sequitur de illâ Recognitione quæ de-

[a] *et interim tenementum illum videant*, additur. C. B.
[o] *advocationis*, expirat C. [p] *ultimum* spectabit H. B.

claratur

claratur de aliquo tenemento, utrum illud sit laicum an ecclesiasticum: desiderante itaque alterutrâ partium inde habere Recognitionem, per tale breve inde summonebitur Recognitio.

CAP. 24.

Rex Vicecomiti salutem: Summone per bonos summonitores duodecim liberos et legales homines de visineto de illâ villâ, quod sint coram me vel Justiciis meis eâ die parati sacramento recognoscere, utrum una Hida terræ, quam N. Persona Ecclesiæ de illâ villâ clamat ad liberam eleemosinam ipsius Ecclesiæ suæ versus R. in illâ villâ, sit laicum feodum ipsius R. an Feodum ecclesiasticum. Et interim terram videant, et nomina eorum imbreviari facias. Et summone per bonos summonitores prædictum R. qui terram illam tenet, quod tunc sit ibi auditurus illam Recognitionem. Et habeas ibi, &c. T. &c.

CAP. 25.

In hâc recognitione, sicut nec in aliâ quâlibet præter Recognitionem de magnâ Assisâ, locum [q] non habent nisi duo essonia; quia nunquam admittitur tertium

[q] non *caret*. C. M.

nisi

nisi ubi potest judicari de infirmitate utrum sit languor an non; [q] quod cum in Recognitionibus fieri non soleat, merito tertio essonio carent ipsæ Recognitiones. Procedet autem ista Recognitio sub formâ superscriptâ de aliis Recognitionibus. Sciendum tamen, quod si per Recognitionem ipsam probetur tenementum ipsum esse de Feodo ecclesiastico, de cætero trahi non potest ad laicum Feodum; licet peti possit ab adversâ parte teneri de Ecclesiâ per debitum servitium.

CAP. 26.

Sequens est, post prædicta, de illâ Recognitione tractare quæ fieri solet, utrum scilicet aliquis obierit seisitus de aliquo temento libero ut de Feodo, vel ut de Vadio. Cum quis petit aliquod tenementum sibi restitui tanquam Vadium suum, quod vel ipse vel aliquis antecessorum ejus invadiaverit, si is qui tenet non recognoscat tenementum ipsum ad Vadium, sed dicat in Curiâ se inde esse seisitum ut de Feodo, sic inde ad Recognitionem solet perveniri: et per hoc breve summonebitur inde Recognitio.

CAP. 27.

Rex Vicecomiti salutem: Summone

[q] quia cum H. C.

per

per bonos summonitores duodecim liberos et legales homines de illâ villâ, quod sint coram me vel Justiciis meis eâ die parati sacramento recognoscere, utrum N. teneat unam carucatam terræ in illâ villâ quam R. clamat versus eum per breve meum in Feodo an in Vadio, invadiatam ei ab ipso R. vel ab H. antecessore ejus: vel sic, utrum illa carucata terræ quam R. clamat versus N. in illâ villâ per breve meum, sit Feodum vel hæreditas ipsius N. an in Vadio invadiata ei ab ipso R. vel ab ipso H. antecessore ejus. Et interim terram illam videant et nomina eorum imbreviari facias. Et summone per bonos summonitores præfatum N. qui terram illam tenet, quod tunc sit ibi auditurus illam Recognitionem. Et habeas ibi &c.

C A P. 28.

Verum quandoque contingit aliquem tenere aliquod tenementum in Vadio, ita quod inde moritur seisitus ut de Vadio. Hæres quoque ejus, occasione talis Seisinæ quærit breve de morte antecessoris versus verum hæredem, qui adeptus est hujusmodi tenementi Seisinam. Et tunc quidem, si recognoscatur ab ipso tenente antecessorem ipsius petentis obiisse [r] sei-

[r] *inde* additur. B.

situm

situm, sed ut de [s] Vadio et [t] non ut de Feodo, tunc quidem et hâc de causâ pervenitur ad prædictam Recognitionem, et per hoc breve summonebitur Recognitio.

CAP. 29.

Rex Vicecomiti salutem: summone per bonos summonitores duodecim &c. quod sint &c. parati sacramento recognoscere, utrum N. pater R. fuerit seisitus in Dominico suo ut de Feodo, an ut de Vadio, de unâ carucatâ terræ in illâ villâ die quâ obiit. Et interim &c.

CAP. 30.

Probato autem per Recognitionem ipsam quod sit Vadium, tunc is qui tenet et Feodum [u] suum esse dixit, tenementum ipsum amittet; ita etiam quod ad debitum ipsum non recuperabit occasione illius Vadii. Sin autem recognoscatur ad Feodum ipsius qui tenet, tunc is qui [w] petit de cætero nullum habebit inde recuperare nisi per breve de Recto. Quæri autem potest utrum in [x] hâc Recogni-

[s] *Feodo et non ut de Vadio*, tunc B. [t] *si ut de Vadio* tunc H. [u] suum *caret* B. [w] *tenet qui Feodum esse dixit, tenementum ipsius amittet, ita etiam quod ad debitum ipsum non recuperabit occasione illius Vadii; sin autem recognoscat ad Feodum ipsius qui tenet, tunc is qui* additur. B. [x] *hujusmodi* Recognitione, B.

tione,

tione, sive in aliâ quâlibet, expectandus sit warrantus alicujus, qualiscunque sit warrantus, vel quâlicunque de causâ warrantus inde esse debeat, præsertim si post duo essonia vocetur super hoc in Curiâ warrantus.

CAP. 31.

Aliæ autem Recognitiones quæ restant, partim in prædictis Recognitionibus expositæ sunt, partim vero per Judicium in Curiâ, ex verbis utriusque partis redditum, possunt explicari. Ecce enim de illâ Recognitione utrum quis sit infra ætatem an non, mentio aliqua et notitia habetur supra, hoc libro, cap. 15, 16, 17. Similiter et de illâ Recognitione, utrum quis fuit seisitus de aliquo libero tenemento die quâ obiit ut de Feodo an ut de Warda, supra libro eodem, cap. 13, 14, et 15. Similiter et de illâ Recognitione, utrum scilicet quis præsentaverit ultimam Personam occasione Feodi sui an Wardæ, supra libro eodem. Cap. 20, et 21, et 22. Hæ Recognitiones alias sequuntur prædictas in essoniis, et quibusdam rationibus procedunt vel remanent, sicut illæ.

CAP. 32.

Postremò de illâ Recognitione, quæ appellatur de Novâ Disseisinâ, restat dicendum.

dum. Cum quis itaque infra Assisam domini Regis, id est infra tempus à domino Rege, de consilio procerum, ad hoc constitutum [quod quandoque majus, quandoque minus censetur] alium injuste et sine Judicio disseisiverit de libero tenemento suo, disseisito, hujus constitutionis beneficio, subvenitur, et tale breve habebit.

CAP. 33.

Rex Vicecomiti salutem: Questus est mihi N. quod R. injuste et sine Judicio disseisivit eum de libero tenemento suo in illâ villâ, post ultimam transfretationem meam in Normaniam; et ideo tibi præcipio quod si præfatus N. fecerit te securum de clamore suo prosequendo, tunc facias tenementum illud reseisiri de catallis quæ [y] in eo capta fuerunt, et ipsum [z] cum catallis esse facias in Pace usque ad clausum Paschæ; et interim facias duodecim liberos et legales homines de visineto videre terram illam et nomina eorum imbreviâri facias: et summone illos per bonos summonitores, quod tunc sint coram me vel Justiciis meis parati inde facere Recognitionem. Et pone per vadium et salvos plegios prædictum R. vel ballivum suum, si ipse non fuerit in-

[y] *de ipso tenemento* capta M. [z] cum catallis *caret*. C.

ventus,

ventus, quod tunc sit ibi auditurus illam Recognitionem. Et habeas ibi &c. T. &c.

CAP. 34.

Brevia autem de Novâ Disseisinâ diversis modis variantur, secundum diversitatem tenementorum in quibus fuerint Disseisinæ. Si autem aut levetur fossatum aliquod vel prosternetur, aut si exaltetur stagnum alicujus molendini, infra Assisam domini Regis, ad nocumentum liberi tenementi alicujus, secundum hæc brevia variantur in hunc modum.

CAP. 35.

Rex Vicecomiti salutem: Questus est mihi N. quod R. injuste et sine Judicio levavit quoddam fossatum, vel prostravit, in illâ villâ ad nocumentum liberi tenementi sui in eâdem villâ post ultimam transfretationem meam in Normaniam. Et ideo tibi præcipio quod si præfatus N. fecerit te securum de clamore suo prosequendo, tunc facias duodecim liberos &c. videre fossatum illud et tenementum, et nomina eorum imbreviari facias. Et summone per bonos summonitores &c. ut prius.

CAP.

CAP. 36.

Rex Vicecomiti salutem: Questus est mihi N. quod R. injuste et sine Judicio exaltavit stagnum molendini sui in illâ villâ ad nocumentum liberi tenementi sui in eâdem villâ, vel in aliâ villâ, post ultimam transfretationem meam in Normaniam. Et ideo præcipio tibi quod si præfatus N. fecerit te securum de clamore suo prosequendo, tunc facias duodecim liberos, &c. videre stagnum illud et tenementum, &c. ut prius. Præterea si facta fuerit Disseisina in [a] communia pasturæ, tunc breve tale erit.

CAP. 37.

Rex Vicecomiti salutem: Questus est mihi N. quod R. injuste et sine Judicio disseisivit eum de communi pasturâ suâ in illâ villâ quæ pertinet ad liberum tenementum suum in eâdem villâ, vel in illâ aliâ villâ, post ultimam transfretationem meam in Normaniam. Et ideo tibi præcipio quod si præfatus N. fecerit te securum de clamore suo prosequendo, tunc facias duodecim liberos &c. videre pasturam illam [b] et tenementum et nomina eorum &c.

[a] *communi pasturâ* tunc H. C. [b] et tenementum *caret*. C.

CAP. 38.

In hâc autem Recognitione nullum essonium admittitur. Primâ enim die, sive venerit sive non, is qui Disseisinam fecit, procedat Recognitio; quia hic nemini parcitur, nec majori neque minori, nec etiam Warrantus expectabitur. Si quis [c] Disseisinam talem in Curiâ recognoverit, [d] sed Warrantum inde vocans, eo ipso remanebit Recognitio; et ille, qui hoc recognoverit, in Misericordiam domini Regis incidet; et postea summonebitur Warrantus, et erit placitum inter eum et [e] alium, qui eum super hoc nominavit Warrantum. Illud autem sciendum, quod semper victus, sive fuerit appellans sive appellatus, in Misericordiâ domini Regis remanet propter violentam Disseisinam. Præterea si appellans diem suam non fuerit prosequutus, tunc quoque plegii in Misericordiam domini Regis incident. Simile quoque accidet circa personam alterius, si se absentaverit ad diem statutam. Pæna autem hujusmodi constitutionis est Misericordia domini Regis tantum. In Recognitione autem istâ potest cum effectu desiderare is qui Novam

[c] *enim* additur. C. B. [d] sed Warrantum inde vocans, eo ipso remanebit Recognitio; et ille, qui hoc recognoverit, *caret*. B. [e] *illum* additur. B.

Disseisinam probavit, ut præcipiatur Vicecomiti quod catalla et fructus, per præceptum domini Regis vel ejus Justiciarum interim [f] arestatos, faciat habere illi qui Disseisinam probavit. In nullâ autem Recognitione alia mentio solet fieri per Judicium [g] Curiæ de catallis vel de fructibus; et nisi Vicecomes de fructibus et de catallis ei satisfacere providerit, tunc tale breve impetrabit is qui inde queritur.

C A P. 39.

Rex Vicecomiti salutem: Præcipio tibi quod justicies N. quod juste et sine dilatione reddat R. catalla sua, [h] unde queritur quod ea cepit injustè et sine Judicio in libero tenemento suo in illâ villâ infra Disseisinam quam ei inde fecit infra Assisam meam; unde ipse recuperabit Seisinam coram Justiciis meis per Recognitionem de Novâ Disseisinâ, sicut rationabiliter monstrare poterit quod ea habere debet, ne amplius &c. T. &c.

Ante lib. xii. cap. 18. fol. 193.

[f] arestatos, *caret*. B. [g] Curiæ *caret*. C. B. [h] *et cætera quæ in brevi supra dicto reperiri possunt*, *Lib. xii. cap.* 18. C. H. B. M. LIBER

LIBER

LIBER QUARTUS-DECIMUS.

De Placitis de Criminibus quæ ad Coronam Regis ſpectant.

CAP. I.

PLACITA quæ civiliter [i] in Curiâ proponuntur, hactenus ex parte ſunt expedita: [k] de criminalibus reſtat tractandum. Cum quis itaque de morte Regis, vel de ſeditione regni vel exercitûs, infamatur; aut certus apparet accuſator aut non. Si nullus appareat certus accuſator, ſed fama ſolummodo publica accuſat; tunc ab initio ſalvo accuſatus attachiabitur, vel per plegios idoneos, vel per carceris incluſionem. Deinde autem per multas et varias inquiſitiones et interrogationes, coram Juſticiis faciendas, inquiretur rei veritas; et id ex veriſimilibus rerum indiciis et con-

[i] in Curiâ *caret*, B. [k] *de cætero* additur. C. B. M.

jecturis, nunc pro eo, nunc contra eum qui accusatur, facientibus; per legem apparentem purgandus est, vel omnino ab imposito crimine absolvendus. Si vero per hujusmodi legem super capitali crimine fuerit quis convictus, ex regiæ dispensationis beneficio, tam vitæ quam membrorum suorum ejus [l] pendet Judicium, sicuti in cæteris placitis de feloniâ. Apparente vero certo accusatore ab initio, idem attachiabitur per plegios, si quos habuerit, quod placitum suum prosequetur. Sin autem plegios [m] non habuerit, fidei suæ [n] religionis solet committi, sicut in placitis omnibus de feloniâ. Solet autem in talibus fides sufficere, ne nimiæ districtionis securitas alios terreat a consimili accusatione. Acceptâ autem ab accusatore securitate de placito prosequendo, tunc is qui accusatur, ut prædiximus, per plegios salvos et securos solet attachiari, aut, si plegios non habuerit, in carcerem detrudi. In omnibus autem placitis de feloniâ solet accusatus per plegios dimitti, præterquam in placito de Homicidio, ubi ad terrorem aliter statutum est. Deinde autem dies solet partibus præfigi; quâ existente, essonia ritè currunt legitima. Ad ultimum autem accusatore proponente se vidisse, vel alio

[l] *procedat* judicium, C. [m] non *caret*. C. [n] *religioni* solet H. C.

modo-

modo in Curiâ probato, certissime se scivisse, ipsum accusatum machinatum fuisse vel aliquid fecisse in mortem Regis, [o] vel seditionem regni vel exercitûs; vel consensisse, vel consilium dedisse, vel authoritatem præstitisse, et hoc ipsum [p] juxta considerationem Curiæ dirationare parato; accusato quoque è contra adversus eundem per omnia in Curiâ legitime negante, tunc per duellum solet placitum terminari. Et sciendum, quod ex quo fuerit duellum in hujusmodi [q] placitis vadiatum, non potest alterutra partium verbis in ipsius vadii datione propositis aliquid adjicere vel diminuere, vel aliquatenus â proposito declinare vel resilire, quin pro victo habetur et lege victi censeatur. Nec alio modo, nisi de licentiâ domini Regis vel ejus Justiciarum, de cætero possunt sibi [r] ad invicem reconciliari. Si vero appellator victus fuerit, in Misericordiâ domini Regis remanet, quæ qualis sit, in præcedentibus dictum est satis: quæ etiam incommoda et quam infamiam victus incurrat, satis supradictum est. Si accusatus fuerit victus, quale expectet Judicium paulò ante dictum est, rebus insuper et catallis suis omnibus [s] confiscatis, et hæredibus suis in perpetuum exhæredandis. Admittitur autem

[o] vel seditionem regni *caret*. H. B. [p] *judicium* additur. M. [q] *placito* vadiatum, C. [r] ad *caret*. B. [s] *confiscandis*, et M.

ad hujusmodi accusationem quilibet liber homo major. Infra ætatem constitutus, si quem appellaverit, attachiabitur is qui appellat, ut supra expositum est. Rusticus quoque admittitur; mulier autem in nullo placito de feloniâ ad accusationem admittitur, nisi in quibusdam [s] exceptis casibus, de quibus infra dicetur. Declinare autem potest accusatus in hujusmodi placitis, per ætatem et per [t] mahemii Judicium. Ætas autem talis debet esse, quod sit sexaginta annorum vel supra. Mahemium autem esse dicitur ossis cujuslibet fractio, vel [u] teste capitis per incisionem vel per abrasionem attenuatio. In tali autem casu tenetur se purgare is qui accusatur per Dei Judicium, scilicet per calidum ferrum vel per aquam pro diversitate conditionis hominum; scilicet per ferrum calidum, si fuerit homo liber; per aquam, si fuerit rusticus.

CAP. 2.

Placitum de occultatione Inventi Thesauri fraudulosâ, ubi certus apparet accusator, modo et ordine prædictis solet tractari. Ob Infamiam autem non solet juxta legem [w] terræ aliquis per legem apparentem se purgare, licet aliter per Assi-

[s] exceptis *caret*, C. [t] *mahemium*. Ætas M.
[u] teste *caret*, M. [w] *regni* aliquis M.

sam

ſam fieri poſſit, niſi prius convictus fuerit, vel confeſſus in Curiâ, aliquod genus metalli in loco propoſito inveniſſe et recepiſſe. Si autem ſuper hoc convictus fuerit, præſumptione contra eum faciente, tenebitur per legem [w] apparentem ſe purgare, ſe nihil amplius ibi inveniſſe vel recepiſſe; cætera ut prius.

C A P. 3.

De Homicidio cum quis fuerit accuſatus, ſub diſtinctione præmiſſâ Judicium eſt ordinandum et procedendum. Sciendum tamen, quod in hoc placito non ſolet accuſatus per plegios dimitti, niſi ex regiæ poteſtatis beneficio. Duo autem ſunt genera Homicidii: unum eſt quod dicitur Murdrum, quod nullo vidente, nullo ſciente, clam perpetratur, præter ſolum interfectorem et ejus complices; ita quod mox non aſſequatur clamor popularis juxta Aſſiſam ſuper hoc proditam. In hujuſmodi autem accuſatione non admittitur aliquis niſi fuerit de conſanguinitate ipſius defuncti, et tunc ita quod propinquior ſtipiti remotiorem a diratiotione excludat. Eſt et aliud Homicidium, quod conſtat in generali vocabulo, et dicitur ſimplex Homicidium. In hoc etiam placito non admittitur aliquis ac-

[w] *terræ* ſe M.

cusator ad probationem, nisi fuerit mortuo consanguinitate conjunctus, vel homagio vel dominio, ita ut de morte loquatur sub visus sui [x] testimonio. Præterea sciendum, quod in hoc placito mulier auditur accusans aliquem de morte viri sui, si de visu loquatur; quia una caro sunt vir et uxor. Et generaliter admissum est, quod mulier audiatur accusans aliquem de injuriâ corpori suo [y] inflictâ, sicut inferius dicetur. In electione accusati erit, vel probationem ipsius mulieris sustinere contra se, vel se per Dei Judicium ab imposito crimine purgare. Compellitur etiam quandoque rectatus de Homicidio legitimam subire purgationem, si turbâ sequente fuerit in fugâ comprehensus, et hoc per juratam patriæ fuerit in Curiâ legitime testatum.

Magna Carta cap. 33. tollit Appellum fœminæ de omni morte præter mortem viri sui.

CAP. 4.

Crimen Incendii sub præmissâ formâ et generali ordine procedit, tractatur et terminatur.

CAP. 5.

Crimen quoque Roberiæ sine specialibus intercurrentibus præteritur.

[x] *testatione.* Præterea M. [y] *illatâ,* sicut C. B.

CAP.

CAP. 6.

Raptus crimen est quod aliqua mulier imponit viro, quo proponit se a viro vi oppressam in Pace domini Regis. Tenetur autem mulier, quæ tale aliquid patitur, mox, dum recens fuerit maleficium, vicinam villam adire, et ibi injuriam sibi illatam probis hominibus ostendere, et sanguinem, si quis fuerit effusus, et vestium scissiones; dehinc autem apud Præpositum Hundredi idem faciat; postea quoque in primo Comitatu id publicè proponat. Deinde autem super hoc querimoniâ factâ, Judicium ut prædictum est ordinabitur. Auditur itaque mulier in tali casu aliquem accusans, sicut et de quâlibet aliâ injuriâ corpori suo illatâ solet audiri. Sciendum tamen quod in electione accusati erit in tali casu, vel onus purgationis subire, vel mulieris probationem contra se sustinere. Præterea sciendum, quod si quis in hujusmodi placito convictus fuerit, simili modo ac in prædictis Judiciis de eo est judicandum. Non enim sufficit post Judicium, malefactorem ipsum corruptam illam velle ducere in uxorem. Sic enim frequenter [y] contingeret, servilis conditionis homines generosissimas mulieres unius pol-

[y] *contingere solet*, servilis B.

lutionis

lutionis occasione perpetuo fædare, vel generosos homines per mulieres ignobiles fædari, et ita claram [z] eorum parentalem indecenter denigrari. Ante Judicium [a] inde receptum est quod de licentiâ Principis vel ejus Justiciarum, cum parentum assensu, possunt mulier accusans et accusatus beneficio conjugii sibi invicem reconciliari.

CAP. 7.

Generale crimen Falsi [b] plura sub se continet crimina specialia. Quemadmodum de falsis Cartis, de falsis mensuris, de falsâ monetâ, et alia similia quæ talem falsitatem continent, super qua aliquis accusari debeat et convictus condemnari. Et horum omnium accusationis modus et ordo, ex præcedentibus satis [c] elici potest: illud tamen notandum, quod si quis convictus fuerit de Cartâ falsâ, distinguendum est utrum fuerit Carta regia an privata; quia si Carta regia, tunc is, qui super hoc convincitur, condemnandus est tanquam de crimine [d] læsæ majestatis. Si vero fuerit Carta privata, tunc cum convicto mitius agendum est, sicut in cæteris minoribus criminibus falsi; in

[z] *famam eorum parentum* indecenter H. C. B. M. [a] *tamen* receptum H. [b] *plurima* sub M. [c] *dici* potest H. B. [d] læsæ *caret*. C. B.

quorum

quorum Judiciis consistit [e] eorum condemnatio in membrorum solummodo amissione, pro regiâ tamen voluntate et principalis dispositionis beneficio, sicut ab initio dictum est.

CAP. 8.

De Furtis autem et aliis placitis quæ ad Vicecomites pertinent, quia secundum diversas diversorum Comitatuum consuetudines tractari habent et terminari, ad præsens, juxta propositi [f] mei exigentiam, quod principalem solummodo attendit Curiam, tractare non decuit.

Explicitus est liber Legum Angliæ.

[e] *reorum* condemnatio, H. C. B.

[f] mei *caret*. H. C. B.

ERRATA

ERRATA.

Page	Line	*lege*	*pro*
10	note	additur	dum
53	n.	*apparuerint*	apparuerint
65	18	se	si
70	17	tenentem	tenentum
117	n.	B.	E.
189	n.	*warrantis*	warrantis
207	n.	*bastardia*	bastardia
216	4	quæ	qui
220	17	temento	tenemento
ib.	n.	*quia*	quia

		adde	*post*
74	antepen.	ita	nativi
171	18	vel	suam

INDEX.

N. B. Numeri Romani Libros, cæteri Capitula denotant.

Con-

INDEX.

Homa-

INDEX.

FINIS.

